

15 Nov. 1675.

Imprimatur Liber, cui Titulus: Isocratis Orationes duæ, &c.

Geo. Hooper
R^mo. D^no. Archipo.
Cant. à sacris dom.



8 Linc.
8° A.116.



15 Nov. 1675.

Imprimatur Liber, cui Titulus: Iſocratis Orationes duæ, &c.

Geo. Hooper
Rmo. Dno. Arch po.
Cant. à ſacris dom.



8 Linc.
8° A.116.

ISOCRATIS
ORATIONES DUÆ:
1 Ad Demonicum.
2. Ad Nicoclem.

Novâ methodo & apprimè utili, quoad verbum & sensum Latinè redditæ: Phrasibus & Sententiis, in quibus maxima vis rei consistit, locupletatæ: Notis & regulis, quoad loca difficiliora & obscuriora ita illustratæ, ut facillimè à quovis Græc rum Literarum studioso intelligi possint.

Studio & operâ
Georgii Sylvani Pannonii
S. T. & M. S.

LONDINI
Sumptibus Authoris. Prostant venales apud *Johannem Baker* in Cœmeterio *Pauli*, ad insigne trium columbarum. Et apud *Richardum Jones*, in *Parva Britannia* ad insigne aurei Leonis. 1676.



I

S

cr

n

te

ta

lô

ſt

ut

pu

m

de

m

Anno 1676. *die* 5° *Februarii* Cantabrigiæ.

NOS infra Subſcripti, Libellum *Georgii Sylvani Pannonii*, duas *Iſocratis* Orationes, ad *Demonicum* & *Nicoclem*, variâ interpretatione Latinâ donatas, Phraſibus & Sententiis locupletatas, notiſque illuſtratas continentem legimus, utilemq; ac proficuum Reipublicæ Literariæ exiſtimamus ac judicamus. Proinde eum grato ac libenti animo, teſtimoniis noſtris ornamus,

mus, omnibusque Ludorum Literariorum Magistris, ac quibusvis aliis Linguam Græcam addiscere cupientibus commendatum habemus.

R. Cudworth Coll. Christi Mag.

Tho. Watson S. Th. D. Collegii *S. Joh.* Socius.

Henricus Jenkes Socius Collegii Gonvilli & Caji, & Professor Eloquentiæ in Collegio Greshamiensi, *Londini.*

Thomas Fowler Collegii *Sid.* Suss. *Cantabrigiæ* Socius, *A*, M,



Nobilissimo Amplissimoque Viro, D. D. Jacobo Langhamo, *Equiti Aurato & Baronetto, Maximo Literarum Literatorumque Patrono, Mecœnati suo in perpetuum colendo Author* S. D.

QUanquam, Vir Nobilissime, de Libello hocce nostro, quin is studiosæ juventuti gratus ac utilis

futurus ſit, minùs dubitem; tamen cùm pleroſque mortalium hâc ætate præſertim, neſcio, quo fato ad criminandum procliviores, quàm ad laudandum propenſiores eſſe ſciam, Magnum aliquem virum, & Patronum benevolum ad cauſam ejus, contra malevolos defendendam ac tuendam, eligere ſtatui. Te autem, Vir Divine, cùm neminem majorem, neminemque digni-

digniorem ac noſtri amantiorem invenire ac reperire potui, tibi eum potiſsimùm, ac non alii, fretus tuâ humanitate ac benevolentiâ, dedicare ac conſecrarē volui. Tu enim, cùm non ſolùm Nobilitate, divitiis & eruditione emineas; verùm etiam Divinâ illâ, quam omnes in Te, plus quàm in Tullio admiramur, eloquentiâ polleas, facilè certè, vel auctoritate, vel Orationis facultate

cultate omnes calumniantes, pro tuo in nos amore, confutabis ac repelles. Vale.

ISO-



ἸΣΟΚΡΆΤΟΥΣ

ΠΡΌΣ

ΔΗΜΌΝΙΚΟΝ

λόγος παραινετικός.

ISOCRATIS

AD

DEMONICUM

Oratio admonitoria.

Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις.

ἘΝ πολλοῖς μὲν, In multis quidem, ὦ Δημόνικε, O Demonice, πολὺ διεστώσας, pro πολὺ διεστηκέναι, quia participia verbis inveniendi, sentiendi, &c. addita pro infinitivis ponuntur. Expositio, longè distantes, pro longè distare: multùm differentes, pro, multùm differre, εὑρήσομεν invenienus, reperiemus.

 τὰς

τὰς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, & bonorum rationes, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· & improbotum cogitationes: πολὺ ἡ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν, pro λαμβάνουσι· quia Attici præterritis utuntur pro præsentibus: longè autem maximam differentiam acceperunt, pro accipiunt, ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. in familiaritatibus erga se invicem, in iis, quæ sunt inter ipsos consuetudinibus,&c. Sed quoniam hæc omnia obscura, barbara, vixque Latina esse videamus, hoc vel alio simili modo elegantiùs magisque Latinè efferenda esse duximus. Cum in multis, O Demonice, rebus, multùm interesse videamus, inter bonorum rationes, & improbum cogitationes: tum plurimùm inter se vitæ consuetudine differunt: vel, tum longè maximum discrimen in familiaritatibus eorum apparet.

Rationes expositionis, Phrases & Sententiæ.

1. Ἐν πολλοῖς. Græci sæpius ac frequentiùs adjectivis neutris sine substantivorum, ut sunt πρᾶγμα, χρῆμα, &c. adjunctione utuntur, Latini rarius. Potius enim hi dicunt: in multis rebus, quam more Græcorum, in multis: non quòd hoc modo Latini non dicant, sed quòd rariùs, ac non tam sæpe, quàm Græci, qui rarissimè alio loquuntur modo. 2. Πολὺ διεστῶσας εὑρίσκειν γνώμας καὶ διανοίας. Videre multùm interesse inter rationes & cogitationes. dicitur imitatione quadam Cic. de Natur. Deor. Plurimùm interest inter hoc & illud. Item. In Verrem: Vide quantum interfuturum sit, inter meam atque tuam accusationem. Hinc Sententia. Αἱ τῶν σπουδαίων γνῶμαι, καὶ αἱ τῶν φαύλων διάνοιαι πολὺ διεστῶσι. Bonorum rationes, & improborum cogitationes multùm differunt. Cic. Aetates nostræ nihil, aut non fere multùm differunt, &c. vel, inter bonorum & improborum

proborum cogitationes multùm intereſt, magnum discrimen eſt. Cic. Sit hoc diſcrimen inter gratioſos Cives atque fortes, &c. 3. Πολὺ μεγίςην λαμβάνειν διαφορὰν. Plurimùm differre: quia uſitatum eſt Græcis conjungere nomen & verbum, ut verbo quaſi neglecto, nomen Latinè reddendum ſit, quoties hæc forma ſermonis transfundenda eſt; nam ſi verbum, pro verbo reddere velis, inepta erit verſio, & abhorrens à conſuetudine Linguæ Latinæ. Hinc Sententia. Οἱ σπουδαῖοι, καὶ οἱ φαῦλοι, πολὺ μεγίςην διαφορὰν, εἰλήφασιν, ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους συνηθείας. Boni & improbi plurimùm differunt inter ſe vitæ conſuetudine. Dicitur hoc imitatione Cicer. horum verborum: Multi naturis differunt; voluntate autem ſimiles ſunt inter ſe: Item: Oratores non generibus inter ſe, ſed facultatibus differunt. Alia expoſit. In bonorum & malorum familiaritatibus longè maximum diſcrimen apparet. 4. Μὲν & δὲ conjunctiones in oratione ſe mutuò ſequentes, ſignificanteſque quidem, autem &c. hoc loco exponuntur per, Cum, Tum: quia hic generale antecedit, ut ἐν πολλοῖς &c. & ſpeciale ſequitur: πολὺ δὲ μεγίςην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους συνηθείας.

Οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν· οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι, καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν.

Οἱ μὲν γὰρ, alteri, alii enim; nam illi quidem, τοὺς φίλους παρόντας amicos præſentes, dum adſunt, præſtò ſunt μόνον ſolùm, tantùm τιμῶσιν. colunt: obſervant; οἱ δὲ alteri, alii autem, hi verò, καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. etiam longè abſentes, pro, longè remotos amant. Καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· & improborum quidem conjunctiones breve tempus diſſolvit: vel, ac improborum quidem neceſſitudines paulo momento

 per-

pereunt; τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας, bonorum verò amicitias, οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. neque omne seculum, ævum deleverit. Vel, nulla temporis longinquitas, & quod maximè Ciceroni Eloquentiæ Parenti arridet: nulla unquam oblivio deleverit: nulla unquam vetustas obruere poterit. *N. B.* ἂν ἐξαλείψειεν. ἂν hic potentiale ac non expletivum est, ut deleverit, quasi delere poterit.

Phrases & Sententiæ.

1. Τιμᾶν τοὺς φίλους. Colere, observare amicos. Sententia. Οἱ φαῦλοι τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσι. Improbi amicos, dum adsunt, tantùm colunt. 2. Ἀγαπᾶν τοὺς φίλους. Amare amicos. Sententia: 1. Οἱ σπουδαῖοι τοὺς φίλους καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. Boni amicos etiam longè remotos amant. 2. Πρέπει τοὺς φίλους οὐ μόνον παρόντας, ἀλλὰ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπᾶν. Decet, æquum est amicos non solùm præsentes; verùm etiam longè remotos amare. 3. Διαλύειν τὰς συνηθείας. Dissolvere conjunctiones, vincula conjunctionis. Cic. ad Attic. dirimere conjunctionem. Cic. pro Dom. dissolvere societatem. Cic. pro Qu. R. dirimere societatem Cic. &c. Sententia. Τὰς τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος διαλύει χρόνος. Improborum necessitudines paulo momento pereunt. 4. Ἐξαλείφειν τὰς φιλίας. Delere amicitias.

Ἡγούμενος οὖν πρέπειν τοὺς δόξης ὀρεγομένους, καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητάς. ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας· σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας.

Ἡγούμενος οὖν, Existimans igitur, vel: Quùm igitur existimarem: Græci enim multis locis participio, quibus Latini verbo conjunctivo, præcedente cùm vel

vel quùm, utuntur. Πρέπειν τῆς δόξης ὀρεγομένους decere expetentes gloriam, vel, eos, qui expetunt gloriam, καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους & artibus liberalibus studentes, vel qui artibus liberalibus student, qui ad eruditionem contendunt, ἀλλὰ μὴ, at non, ac non, non autem, non verò τῶν φαύλων εἶναι μιμητὰς, improborum esse imitatores. ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, misi tibi hanc orationem donum, pro, dono: τεκμήριον μὲν pignus quidem τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, scilicet οὔσης, amicitiæ, quæ est inter nos: exponitur etiam: amicitiæ inter nos mutuæ: amicitiæ nostræ mutuæ. Verùm Tullius Eloquentiæ parens semper dicit, amicitiæ nostræ, nec addit mutuæ vel inter nos. Proinde, πρὸς ἡμᾶς, est tantùm periphrasis genitivi ἡμῶν. σημεῖον δὲ signum autem τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας (meæ) cum Hipponico familiaritatis: signum verò necessitudinis, quæ est mihi cum Hipponico: non erga, in, aut adversùs Hipponicum; quia Romanæ Principes Lingnæ vocabula societatis, conjunctionis, necessitudinis &c. cum præpositione cum conjungere solent. Cic. Cum quo mihi erant omnes amicitiæ necessitudines. item. Consuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ, &c.

Phrases & Sententiæ.

1. Ὀρέγεσθαι τῆς δόξης. Expetere gloriam: cupidum esse gloriæ: gloriâ duci: laudis studio trahi. Cic. Sententia. Πρέπει τοὺς δόξης ὀρεγομένους τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητάς. Æquum est eos, qui gloriâ ducuntur, ac laudis studio trahuntur virorum virtute præstantium imitatores esse. 2. Ἀντιποιεῖσθαι τῆς παιδείας. Artibus liberalibus studere: ad eruditionem contendere. Sententia. Πρέπει τοὺς παιδείας ἀντιποιουμένους τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν

φαύλων εἶναι μιμητάς. Par est, ut ii, qui eruditionis desiderio tenentur, viros virtute præstantes, non autem scelere præditos, imitentur. 3. Οὗτος ὁ λόγος τεκμήριόν ἐστι τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας. Hæc oratio est pignus amicitiæ nostræ.

Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Ὁρῶ δὲ καὶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον· σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ. καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς· ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ.

Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας, decet enim liberos, ὥσπερ τῆς οὐσίας ut facultatum, bonorum, rei familiaris. οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. sic & amicitiæ paternæ hæredes esse. Ὁρῶ δὲ video autem καὶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, pro συλλαμβάνειν, & fortunam nobis suffragantem, faventem, pro suffragari, favere, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον pro infinitivo συναγωνίζεσθαι: & tempus præsens, tempus ipsum opitulans, pro opitulari: σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς. Nam tu quidem eruditionis cupidus es, erudiri cupis: ἐγὼ δὲ παιδεύειν τοὺς ἄλλους ἐπιχειρῶ. ego autem alios erudire conor: in aliis erudiendis laboro. Καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, & tu adhuc sapientiæ studes, ἐγὼ δὲ φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. Ego autem Philosophantes dirigo, pro, ego autem sapientiæ studiosis me ducem præbeo, viam commonstro.

Phrases & Sententiæ.

1. Ἡ τύχη συλλαμβάνει ἡμῖν. Fortuna suffragatur nobis. Cic. Fortunâ suffragante videris res maximas consecutus. Hic suffragante idem valet, quod favente. 2. Ὁ καιρὸς ἡμῖν συναγωνιζόμενός ἐστι, vel συναγωνίζεται. Tempus nobis opitulatur. Item, ut

Cicero

Cicero passim loquitur : occasio nobis datur : opportunitas, aut tempus offertur : tempore admonemur, excitamur. 3. Ἐπιθυμεῖν τῆς παιδείας. Cupere erudiri, instituti : eruditionis cupidum esse : liberaliter doctrinâ institui velle. Cic. οὐκ ἐπιθυμεῖ τῆς παιδείας. Non cupit erudiri. 4. Ἐπιχειρεῖν ἄλλους παιδεύειν. In aliis erudiendis laborare : aliis eruditione imbuendis operam dare. vide passim in Cicerone. 5. Ἐπανορθοῦν τοὺς φιλοσοφοῦντας. Sapientiæ studiosis ducem se præbere, operam dare ad sapieniam contendentium, vel eorum, qui ad sapientiam contendunt, studia adjuvare, ut passim è Tullio colligere licet, & aliis probatis authoribus.

Ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι, καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν, οὐ μὴν περὶ γε τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβουσιν.

Ὅσοι μὲν οὖν. Qui igitur, πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους, ad amicos suos, τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι, adhortatorias orationes, vel, exhortationes scribunt, καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν, præclaram certè rem suscipiunt, οὐ μὴν περὶ γε τὸ κράτιστον, subintellige substantivum, μέρος, non tamen circa præstantissimam partem, vel, ut politiores Latini loquuntur : in præstatissima parte : sæpe enim & eleganter præpositio περὶ cum suo accusativo, apud Latinos, in præpositionem in & ablativum vertitur, τῆς φιλοσοφίας Philosophiæ διατρίβουσιν, versantur.

Phrases.

1. Συγγράφειν τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους. Scribere exhortationes : item, Cohortari oratione : & unâ voce, adhortari, cohortari. 2. Ἐπιχειρεῖν καλὸν ἔργον. Suscipere rem præclaram. 3. Διατρίβειν περὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας. Versari in præstantissima

tissima Philosophiæ parte. Versari in eo, quod est præstantissimum in sapientiæ studio.

Ὅσοι δὲ τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται μὴ δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν, ἀλλ' ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσιν, οἱ δὲ καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι.

Ὅσοι δὲ, Qui verò, τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται (scilicet ἐκεῖνα) adolescentibus præcipiunt, tradunt ea, μὴ δι' ὧν non per quæ, quibus, quorum auxilio, subsidio, τὴν δεινότητα facultatem τὴν ἐν τοῖς λόγοις scil. ὄντ. quia articulus sine suo casu præpositioni suum casum habenti præfixus vult commodum aliquod subintelligi participium. Expositio, quæ est in verbis, vel, verborum: quia hic, ἐν τοῖς λόγοις, est tantùm periphrasis genitivi τῶν λόγων. ἀσκήσουσιν exercebunt, pro exerceant, ἀλλ' ὅπως sed ut (id est per quæ &c.) τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι subintellige hic κτ. morum consuetudinem, pro, quoad morum suetudinem boni, laudabiles, & accusativo in ablativum more Oratorum Latinorum verso: laudabiles consuetudine morum, laudabili, bonâ consuetudine morum: verùm cùm hæc omnia non satis Latinè dicantur; hic, τὰ ἤθη τῶν τρόπων, unicâ voce: mores exprimimus; solent enim Græci nomina similia sæpe plura componere, quæ Latinis uno tantùm sæpius usitatum est reddere: rursus accusativum mores, ablativo permutamus, moribus, & adjectivum eodem casu ei accommodamus, bonis. ut sit: bonis moribus, &c. Πεφυκέναι δόξουσι. nati esse, fuisse, esse &c. Videbuntur pro videantur; nam quamvis ὅπως hic more Græcorum construatur cum futuro primo indicat: δόξουσι, tamen id per conjunctivum, videantur, Latinè efferendum est. Conjunctio enim Latina ut causalis, eundem semper postulat. Porro: πεφυ-

πεφυκέναι δοκοῦσι quod varias admittit ſignificationes; ut ſunt, nati eſſe, fuiſſe, præditi eſſe, imbui, conformari &c. Videantur, pro uno verbo, auxiliari δοκοῦσι quaſi prorſus neglecto, & copiæ atque elegantiæ gratiâ hîc tantùm addito ſumitur. Scilicet φύσωσι vel πεφύκωσι, ſint, imbuantur &c. Talis igitur erit conſtructio: ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι φύσωσι vel πεφύκωσι, pro, πεφυκέναι δοκοῦσι. ut bonis vel honeſtis imbuantur moribus &c. τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων, eò magis, eò plus illis, vel quàm illi, τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν; eos, qui audiunt, juvant: auditoribus proſunt, ὅσον οἱ μὲν, quòd alii quidem ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσιν· ad ſermonem, vel, verborum eruditionem tantùm hortantur, οἱ δὲ alii autem, καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι. etiam mores illorum corrigunt, emendant.

Phraſes & Sententiæ.

1. Ἀσκεῖν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις (ſcil. οὖσαν.) Exercere facultatem dicendi, eloquentiam: Exercere ſe in dicendo: verſari in exercitatione dicendi: verſari in ſtudio eloquentiæ. 2. Σπουδαῖον πεφυκέναι τὰ τῶν τρόπων ἤθη. Honeſtis imbutum eſſe moribus, optimis præditum eſſe moribus &c. Ὁ νέος σπουδαῖος τὰ τῶν τρόπων ἤθη. Optimis moribus adoleſcens, vel, adoleſcens ſingulari bonitate & modeſtiâ præditus. Cicero. 6. Ὠφελεῖν τοὺς ἀκούοντας. Prodeſſe auditoribus: fructum afferre auditoribus, &c. 3. Παρακαλεῖν τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ λόγον. Hortari auditores ad verborum eruditionem: ad ſtudium eloquentiæ, &c. Sententia. Ὀλίγον ὠφελοῦσι τοὺς ἀκούοντας, οἱ ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσι. Parùm utilitatis afferunt auditoribus, qui ad verborum tantummodò eruditionem hortantur. 4. Ἐπανορθοῦν τὸν τρόπον. Corrigere, emendare, mores: item, Conſuetu-

ſuetudinem vitioſam & corruptam emendare. Cic. de Clar. Orat. Sententia. *Πλεῖστον ὠφελοῦσιν τοὺς ἀκούοντας, οἱ οὐ μόνον ἐπὶ λόγον παρακαλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι.* Plurimum proſunt auditoribus, qui eos non ſolùm ad ſtudium eloquentiæ hortantur; verum etiam. vitioſam corruptamque eorum conſuetudinem emendant.

Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες μέλλομέν σοι συμβουλεύειν, ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι, καὶ ποίοις τισὶν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν.

Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, Quare, proinde nos, vel, nos igitur non adhortationem arripientes, vel elegantiſſimè, per duos ablativos abſque conjunctione poſitos; alterum participii paſſivi præteriti temporis; alterùm verò nominis ſubſtantivi: arreptâ adhortatione. Cic. de finib. Niſi fortè hic ſermone aliquo arrepto; pro, mandatis ab uſus eſt. *Ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες*, ſed præceptionem ſcribentes, pro, conſcriptâ præceptione, *μέλλομέν σοι συμβουλεύειν* futuri ſumus tibi conſulere, pro, conſulturi ſumus tibi. Quia *μέλλω* Græcis eſt verbum, quod aliis infinitivi modi verbis additum Latinè non redditur; ſed verbum infinitivum ei adjunctum, ſi fuerit activum, aut activæ ſignificationis, in futurum participii in rus; ſi verò fuerit paſſivum, in particpium in dus addito, vel ſubintellecto verbo ſubſtantivo ſum, plerumque commutatur: vel per futurum indicativi exprimitur. *ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι*, quæ oporteat adoleſcentes expetere: vel, quæ adoleſcentibus expetenda ſunt. *καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι*, quæve facta fugere, vel, quæve facta fugienda, *καὶ ποίοις τισὶν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν*, v. t. & qualibus quibuſdam hominibus pro cum quibus hominibus verſari (ſcil. oportet) vel, verſandum eſt. Cic. de Divin. Verſari cum aliquo, item, in Catil.

Nobil-

Nobiscum versari jam diutiùs non potes, καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν, & quomodò, quove pacto vitam suam instituere : quemve vitæ cursum tenere. Cic. vel per particip. passiv. & verbum substantivum sum : quove pacto vita instituenda sit : vel, quisve vitæ cursus tenendus est.

Phrases, &c.

1. Εὑρίσκειν παράκλησιν. Excogitare, vel, arripere adhortationem, exhortationem, item, uno verbo : adhortari, exhortari. 2. Γράφειν παραίνεσιν. Scribere præceptionem, vel, præcipere. 3. Χρὴ ὀρέγεσθαι. Oportet expetere : expetendum est. Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις (scil. ἐκεῖνα,) ὧν χρὴ αὐτοὺς ὀρέγεσθαι. Consilium dare adolescentibus de iis, quæ ipsos oporteat expetere, quæ ipsi expetant, expetere debeant, vel quæ ipsis expetenda sunt. 4. Χρὴ ἀπέχεσθαι. Oportet fugere, vitare, declinare, vel fugiendum, vitandum, declinandum est. Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις τίνων ἔργων χρὴ αὐτοὺς ἀπέχεσθαι. Consilium dare adolescentibus, quæ facta ipsis fugienda sint. 5. Ὁμιλεῖν τινι. Versari cum aliquo. Cicero. Familiarem esse alicui. Idem. Συμβουλεύειν τοῖς νεωτέροις, ποίοις τισὶν ἀνθρώποις χρὴ αὐτοὺς ὁμιλεῖν. Consilium dare adolescentibus, quibus cum hominibus eos oporteat versari : quorum hominum consuetudine iis sit utendum. 6 Οἰκονομεῖν τὸν βίον. Instituere vitam. Terent. in Andr.

Ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν, ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε· πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. Ῥώμη δὲ, μετὰ μὲν φρονήσεως

 ὠφέλησεν,

ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε· καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκησάντων ἐκόσμησε, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. Ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις οἷς ἂν ἀκιβδήλως ἐν ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει· πλούτου δὲ κρείττων, χρησιμωτέρα δὲ εὐγενείας ἐστί· τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα δυνατὰ καθιστῶσα· τὰ δὲ τῷ πλήθει φοβερὰ, θαρσαλέως ὑπομένουσα· καὶ τὸν μὲν ὄκνον ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγουμένη.

Quotquot enim vitæ hanc viam inierunt, hi soli virtutem consequi verè potuerunt, quâ nulla possessio honestior, neque firmior est. Formam enim aut tempus consumpsit, aut morbus obscuravit: opulentia verò potiùs pravitatis quàm virtutis ministra est: facultatem quidem ignaviæ *parans, offerens*, ad voluptates autem adolescentes *adhortans, invitans*. Robur quidem cum prudentia profuit: absque ea autem plùs habentes læsit: & corpora quidem eorum, qui se exercent ornavit: animi autem curis tenebras obduxit. At virtutis possessio, quibus sincerè in animis unà accreverit, sola quidem consenescit: divitiis verò præstantior, utilior verò nobilitate est: ea quidem, quæ aliis impossibilia *sunt*, possibilia constituens, *reddens*, ea verò quæ multitudini terribilia *videntur* audacter sustinens: & desidiam quidem dedecus, laborem verò laudem *esse* existimans. Aliter, per periphrasin. Nam qui hoc iter quasi vitæ ingressi sunt, hi soli verè virtutis compotes esse potuerunt, quâ nihil omnium rerum splendidius est, aut constantius. Nam forma quidem aut ætate consumitur, aut morbo deflorescit. Divitiæ verò vitiorum magis quàm virtutis ministræ sunt: cùm quòd ignaviæ facultatem offerant, tum quòd adolescentes ad voluptates invitent. Vires quidem corporis cum prudentia conjunctæ utiles sunt, absque hâc autem plùs ipsis, penes quos sunt, nocent: & ut corporibus pugilum ornamento sunt,

sic

sic mentis curationi caliginem quandam & tenebras obducunt. Virtus autem, in quorum animis syncere unà cum ætate accreverit, in quorum mentibus à pueris verè consedit, sola in senectute non deserit, & opibus præstantior & nobilitate utilior. Nam quæ alii efficere non possunt: ea facit, ut obtineri possint. Quæ multitudini horrenda videntur, magno animo subit: desidiam in vitio ponit, laborem verò laudi sibi ducit.

N. B. Μὲν & δὲ exprimi solent, per quidem, autem, vero. 2. Interdum, μὲν in latina versione omittitur, & tantùm δὲ autem exprimitur: & vice versâ, nonnunquam μὲν, quidem exprimitur, δὲ, verò negligitur. 3. Plerumque particulis comparativis efferuntur: ut, ita: quemadmodum, sic. 4. Sæpiùs his vocibus vertuntur: &, &: cùm, tùm.

Phrases, &c.

1. Πορεύεσθαι τῷ βίῳ ταύτην τὴν ὁδόν. Hoc iter vitæ ingredi. Hoc pacto vitam instituere. Ita vivere 2. Τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι. Virtutem consequi. Compotem esse virtutis. 3. Τὸ κάλλος ἀνάλωσε χρόνος. Forma ætate consumitur, senio conficitur. *N. B.* ἀνάλωσε pro ἀναλίσκει ponitur: nam Attici indefinitis pro præsentibus utuntur. 4. Τὸ κάλλος ἐμάρανε (pro μαραίνει) νόσος. Forma corporis morbo deflorescit. 5. Παρασκευάζειν τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐξουσίαν. Offerre facultatem, vel, dare occasionem ignaviæ. Sententia. Ὁ πλοῦτος τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐξουσίαν παρασκευάζων ἐστὶ, vel παρασκευάζει. Divitiæ facultatem ignaviæ offerunt. 6. Παρακαλεῖν ἐπὶ τὰς ἡδονάς. Invitare ad voluptates. Sententia. Ὁ πλοῦτος τοὺς νέους ἐπὶ τὰς ἡδονὰς παρακαλῶν ἐστι, vel, παρακαλεῖ. Divitiæ adolescentes invitant ad voluptates. 7. Ἔχειν ῥώμην. Habere vires. Pollere robore.

8. Βλά-

8. Βλάπτειν τοὺς τὴν ῥώμην ἔχοντας. Nocere iis, qui viribus valent, Sententia. Ἡ ῥώμη ἄνευ τῆς φρονήσεως τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε, vel, βλάπτει. Vires corporis absque prudentia iis, penes quos sunt, nocent. 9. Πλείω (pro πλείονα) βλάπτειν. Plus nocere, lædere, obesse. 10. Κοσμεῖν τὰ σώματα. Ornare corpora. Ἡ ῥώμη τὰ σώματα τῶν ἀσκούντων κοσμεῖ. Corpora pugilum vires ornant. 11. Ἐπισκοτεῖν τῇ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις. Tenebras obducere curationi mentis. Obscurare animi studia. Sententia. Ἡ ῥώμη τῇ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπισκοτεῖ. Vires corporis animi studia obscurant. 12. Τὰ ἀδύνατα δυνατὰ καθιστάναι. Impossibilia reddere possibilia. 13. Ὑπομένειν θαρσαλέως τὰ φοβερά. Magno subire animo ea, quæ videntur horrenda. Sententia. I. Ἡ ἀρετὴ τὰ τῷ πλήθει φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένει. Virtus ea, quæ populo videntur formidanda forti sustinet animo. II. Ἀδύνατον ἀνθρώπῳ ἄνευ τῆς ἀρετῆς, τὰ τῷ πλήθει φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένειν. Fieri non potest, ut homo virtute destitutus fortiter ferat ea, quæ vulgo sunt terribilia. 14. Τὸν ὄκνον ἡγεῖσθαι ψόγον. Desidiam in vitio ponere. Sententia. Ἡ ἀρετὴ τὸν ὄκνον ἡγεῖται ψόγον. Virtus desidiam in vitio ponit, dedecori sibi ducit. 15. Τὸν πόνον ἡγεῖσθαι ἔπαινον. Laborem sibi ducere laudi.

Ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστὶν ἔκ τε τῶν Ἡρακλέους ἄθλων, καὶ Θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτην εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπιβῆμεν, ὥστε μηδὲ τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξει: παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων. Οὐδὲ γὰρ ὀλιγωρῶν τῆς ἀρετῆς, οὐδὲ ῥαθυμῶν διετέλησε τὸν βίον· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἐγύμναζε, τῇ δὲ ψυχῇ τοὺς κινδύνους ὑπέμενεν. Οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαίρως ἠγάπα· ἀλλ' ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόν-

τῶν ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπιμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος. Οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὸν ἑαυτοῦ βίον, ἀλλὰ φιλόκαλός τε ἦν, καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τοῖς φίλοις κοινός. Καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας, ἢ τοὺς τῷ γένει προσήκοντας. Ἡγεῖτο γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρείαν πολλῷ κρείττω φύσιν, νόμου, καὶ τρόπον γένους, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης. Ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν.

Expositio. Facile autem hoc discere est, cognitu est éque Herculis certaminibus, & Thesei operibus, quibus morum virtus tantam gloriæ notam factis adjecit, ut neque omne tempus possit oblivionem inducere illis factorum, gestorum. Atque adeò etiam Patris instituta recordatus domesticum & pulchrum habebis exemplum à me dicèndorum. Neque enim contemnens virtutem, neque ignaviæ deditus exegit vitam: sed corpus quidem laboribus exercebat, animo verò pericula sustinebat: Neque divitias intempestive amabat, sed fruebatur quidem præsentibus bonis ut mortalis, curabat verò sua ut immortalis. Neque humiliter instituebat sui ipsius vitam, sed elegansque erat, & magnificus, & amicis communis: & magis admirabatur circa ipsum studentes, quàm genere propinquos. Existimabat enim esse ad sodalitatem multò præstantiorem naturam lege, & mores genere, & voluntatem necessitate. Defecerit autem nos omne tempus, si omnes illius actiones enumeraverimus: sed accuratum, pro, accuratam rationem quidem ipsarum in aliis temporibus declarabimus. Aliter. Hoc autem facile tum è certaminibus Herculis, tum è Thesei præclaris operibus perspici possunt: quorum factis normâ virtutis directi mores tantum gloriæ decus impresserunt, ut nulla secula res eorum gestas oblivione

oblivione delere poſſint. Atque adeò ſi quod Patris tui vitæ inſtitutum fuerit, recorderis, domeſticum & illuſtre habebis exemplum eorum, quæ à me dicuntur. Nec enim ſic exegit ætatem, ut vel virtutem negligeret, vel ignaviæ ſeſe dederet: ſed & corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit: neque pecuniam ſupra modum amavit: ſed & bonis ſuis uſus eſt ut mortalis, & rem familiarem curavit ut immortalis. Neque verò vitam abjectè inſtituit, ſed & ſplendidus fuit, & magnificus, & benignus in amicos, ac ſui ſtudioſos pluris fecit, quàm genere ſibi propinquos. Judicabat enim ad amicitiam conſtituendam plus virium eſſe in natura, quàm in lege, in moribus quàm in genere, in voluntate, quàm in neceſſitate.

Phraſes.

1. Ἡ ἀρετὴ τῶν τρόπων. Virtus morum. Sed Latini poſſunt eſſe contenti alterâ voce, Mores; quamvis id variis per periphraſin exprimatur modis. 2. Τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπιβάλλειν. Tantum gloriæ decus imprimere factis. * Tanta, tam inſignia, tamque præclara laudis gloriæque monumenta parare factis. 3. Ἐμποιεῖν λήθην τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Inducere oblivionem rerum ab illis geſtarum. Oblivione delere res eorum geſtas, vel, memoriam rerum ab illis geſtarum. N. B. Dativus ἐκείνοις ponitur hic loco genitivi & præpoſitionis: ὑπ' ἐκείνων. 4. Ὥστε μηδὲ τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι. ὥστε, ut, conſtruitur hic cum infinitivo δύνασθαι, qui per conjunctivum Latinè effertur. Nam ut cauſalis, apud Latinos, conjunctivum amat. Accuſativus verò: τὸν ἅπαντα χρόνον, nominativi vim habet. 5. Ἀναμιμνήσκειν τῆς τοῦ πατρὸς προαιρέσεως. Recordari patris vitæ inſtitutum. Seu. Revocare

vocare in memoriam, quomodò pater vitam inſtituit, &c. 6. Ὀικεῖον καὶ καλὸν ἔχειν παράδειγμα. Domeſticum ac illuſtre habere exemplum. 7. Ὀλιγωρεῖν τῆς ἀρετῆς. Contemnere, negligere virtutem. 8. Διατελεῖν τὸν βίον. Exigere ætatem. Tranſigere vitam. Saluſt. Ῥαθυμῶν διετέλησε τὸν βίον. Ita vitam exegit, ut ignaviæ ſeſe dederit. Item: In otio vixit. Cic. Otioſam ætatem, & quietam ſine labore & contentione animi traduxit. Cic. Vitam ſilentio tranſegit. Saluſtius. 9. Γυμνάζειν τὸ σῶμα τοῖς πόνοις. Exercere corpus laboribus. 10. Ὑπομένειν τῇ ψυχῇ τοὺς κινδύνους. Suſtinere animo pericula. Habere animum ad pericula paratum. 11. Ἀγαπᾷν τὸν πλοῦτον περιχαρῶς. Supra modum divitias amare. 12. Ἀπολαύειν τῶν παρόντων ἀγαθῶν. Uti præſentibus bonis. 13. Ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὑπαρχόντων. Curare rem familiarem. Tueri, conſervare parta. 14. Ταπεινῶς διοικεῖν τὸν βίον. Abjectè vitam inſtituere. Sordidè vivere. 15. Φιλόκαλον εἶναι. Splendidum eſſe. Studioſum eſſe honeſti cultûs, vel honeſtatis. Quod Cicero in Thuſculanis videtur expreſſiſſe. 16. Μεγαλοπρεπῆ εἶναι. Magnificum eſſe. 17. Τοῖς φίλοις κοινὸν εἶναι. Benignum eſſe in amicos. Cum amicis omnia communicare. 18. Σπουδάζειν περί τινα. Studioſum, amantem eſſe alicujus. Cic. ad Tyron. Varronem tum amantiſſimum cognovi, tum etiam valde tui ſtudioſum. 19. Θαυμάζειν τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας. Magnifacere ſui ſtudioſos. *N. B.* αὐτὸν hic ponitur pro ἑαυτὸν. Nam relativum αὐτὸς reciprocè ponitur more Attico. 20. Προσήκειν τινὶ τῷ γένει. Propinquum eſſe alicui genere. Cognatione aliquem attingere. Θαυμάζειν τοὺς τῷ γένει προσήκοντας. Colere propinquos genere. 21. Ἡ φύσις πολλῷ κρείττων πρὸς ἐπιμιξίαν ἐστὶ τοῦ νόμου. Natura longè plus valet ad amicitiam inter homines jungendam, quàm leges, &c. 22. Καταπειθμένην

πάσας τινὸς πράξεις. Enumerare omnes alicujus actiones. 23. Δηλοῦν τὸ ἀκριβὲς (pro ἀκρίβειαν) τῶν πράξεων. Explicare accuratam actionum rationem. Pr , Accuratiùs explicare actiones, vel, agere de actionibus.

Δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν, πρὸς ὃ δεῖ ζῆν σε ὥσπερ πρὸς παράδειγμα, νόμον μὲν τὸν ἐκείνου τρόπον ἡγησάμενον, μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς γενόμενον. Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. Ἡγοῦ δὲ μηδένα τῶν ἀθλητῶν οὕτω προσήκειν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, ὡς σοι σκοπεῖν, ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασιν. Οὕτω δὲ τὴν γνώμην ἀδύνατον διατεθῆναι τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπληρωμένον. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις· ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. Διόπερ ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμῆσαι.

Specimen autem Hipponici naturæ nunc protulimus, ad quod oportet vivere te tanquam ad exemplum, legem quidem illius mores arbitrantem, imitatorem autem & æmulatorem paternæ virtutis factum, existentem Turpe enim pictores quidem effingere pulchra animalium; liberos autem non imitari bonos parentum. Duc autem nulli pugilum sic convenire contra adversarios exercere, ut tibi circumspicere, ut par fias patris studiis. Sic autem animum impossibile affectum esse, non multis & pulchris auditionibus repletum. Etenim corpora moderatis laboribus, animus autem honestis sermonibus augeri consuevit. Quapropter ego tibi conabor breviter subjicere, per quæ mihi videaris studia plurimùm ad virtutem addidisse, & apud alios omnes homines bene audiisse.

audiisse. Aliter. Nunc specimen Hipponici naturæ exhibuimus, quod tanquam exemplar in vita degenda propositum tibi esse debet, ut mores illius pro legibus habeas, & paternæ virtutis imitator ac æmulus existas. Seu, paternam virtutem admireris & æmuleris. Nam cùm pictores pulchras exprimant animantes, turpe fuerit liberis, parentes virtute præstantes non imitari. Quare persuasum habe, nulli pugili tantam præparationem esse adhibendam contra suos adversarios, quàm tibi curandum sit, ut in hoc laudis certamine sis patri tuo par. Nequaquam autem fieri potest, ut quisquam hoc suum inducat in animum, ni multis & bonis præceptis fuerit refertus. Nam ut corpora moderatis laboribus; sic mens honestâ doctrinâ augeri solet. Ego itaque paucis te conabor monere, quibus studiis maximos in virtute progressus facturus, & ab aliis omnibus hominibus laudem & gloriam consecuturus esse videaris. *N B.* Aoristi ἐπιδοῦναι & εὐδοκιμῆσαι ponuntur hic per Enallagen pro futuris ἐπιδώσειν καὶ εὐδοκιμήσειν.

Phrases.

1. Ἐκφέρειν, vel, ἐξενηνοχέναι δεῖγμα τῆς φύσεως. Exhibere specimen naturæ. 2. Ζῆν πρός τι ὥσπερ πρὸς παράδειγμα. Imitari aliquid in vita tanquam exemplar. Aliquid sibi in vita degenda tanquam exemplar proponere, vel, propositum habere. 3. Ἡγεῖσθαι νόμον τὸν ἐκείνου τρόπον. Mores illius pro legibus habere. 4. Μιμητὴν καὶ ζηλωτὴν γίνεσθαι τῆς πατρῴας ἀρετῆς. Imitari ac æmulari paternam virtutem. 5. Ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων. Pro; τὰ καλὰ ζῶα. Quia sæpe substantivum adjectivo non respondet casu, sed eleganter permutatur genitivo plurali, qui plerumque vestitus est articulo. Expositio: Exprimere pulchras animantes. Οἱ Γραφεῖς τὰ καλὰ

τῶν ζώων ἀπεικάζουσι. Pictores pulchra exprimunt animalia. 6. Μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. Pro; τοὺς σπουδαίους γονεῖς. Imitari parentes virtute præstantes. Αἰσχρὸν τοὺς παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. Turpe est liberis, parentes virtute præstantes non imitari. 7. Ἀσκεῖν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστάς. Exercere se, præparationem adhibere contra adversarios. 8. Προσήκει σκοπεῖν. Convenit providere, curare. Providendum, curandum est. 9. Ἐφάμιλλον γίνεσθαι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. In laudis certamine parem esse patri. Item: Æmulari paterna studia. 10. Οὕτω διατεθῆναι τὴν γνώμην. Ita affectum esse animo: Eo, vel, hoc esse animo. Sic velle. Hoc velle. In hac esse sententia. Item: Hoc in animum inducere. 10. Πεπληρωμένον εἶναι ἀκουσμάτων. Plenum esse auditionum. Abundare præceptis. Imbutum esse præceptis. 12. Αὔξεσθαι πέφυκε. Augeri solet. Item, unâ voce: Augetur. 13. Ὑποθέσθαι τινὶ συντόμως. Paucis aliquem monere, &c. 14. Ἐπιδιδόναι, vel, ἐπιδοῦναι πλεῖστον πρὸς τὴν ἀρετήν. Plurimùm proficere, vel, profecisse ad virtutem. Plinius. Maximos facere progressus in virtute. 15. Εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς ἄλλοις. Laudem consequi ab aliis.

Πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορείας σημεῖον. τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκἀγαθίας τεκμήριον. Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως· οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς Θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις ἐμμένειν.

Primùm igitur cole ea, quæ ad Deos *pertinent*, non solùm sacra faciens, sed & jusjurandum conservans. Illud enim pecuniarum copiæ indicium est: hoc autem morum honestatis signum. Cole numen semper quidem, maximè autem cum civitate: sic enim videberis simul & Diis sacrificare, & legibus insistere. Aliter,

ter. Imprimis igitur Deos religiosè colito, non modò sacra faciendo, sed jurejurando etiam conservando. Nam illud amplæ pecuniæ indicium est: hoc morum integritatis argumentum. Venerare numen cùm aliàs semper, tum maximè, quùm sacra publicè fiunt: Sic enim apparebit te simul & diis immolare, & legibus obtemperare.

Phrases.

1. Εὐσεβεῖν τὰ πρὸς Θεούς. Latini ea, quæ hoc modo cum πρὸς junguntur, aut vocibus pertinent, spectant ad, efferunt. ut, Colere ea, quæ ad Deos pertinent, vel, Religiosè præstare ea, quæ ad cultum Deorum spectant. Aut nomine aliquo, quod idem significat, exprimunt: ut, Colere sacra Deorum: aut omissis his omnibus breviter & eleganter, ipso substantivo, quo referuntur, explicare solent: ut, Colere Deos. 2. Ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις. Conservare jusjurandum. Cic. in Offic. Sententia. Ὅρκοις ἐμμένειν, τεκμήριόν ἐστι τῆς τῶν τρόπων καλοκἀγαθίας. Jusjurandum conservare, est argumentum integritatis morum. 3. Τιμᾶν τὸ δαιμόνιον. Venerari numen. Id est, quicquid humanam naturam excedit. Sive semidei illi sint, sive Heroës, sive ob beneficia, benevolentiâ quâdam Civium, & grati animi significatione inter Deos relati. 4. Θύειν τοῖς Θεοῖς. Immolare, sacra facere Diis. Cic.

Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας. Talis esto, talem te præbeas erga parentes, quales optares in teipsum esse tuos liberos.

Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα· τούτου δ᾽ ἂν ἐπιτυγχάνοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Exerce eorum, quæ circa corpus *sunt*, exerci-

exercitiorum non ea, quæ ad robur, sed quæ ad valetudinem conferunt: Hujus autem compos eris, si desinas laborum adhuc laborare valens. Aliter. Amplectere eas corporis exercitationes, non quæ ad robur, sed quæ valetudini prosint: Quod ita consequère, si laborare desinas, dum adhuc laborare potes.

Phrases.

2. Ἀσκεῖν τὰ περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων τὰ συμφέροντα. Pro: Ἀσκεῖν τὰ συμφέροντα τοῦ σώματος γυμνάσια. Utilia amplecti corporis exercitia. Eas amplecti corporis exercitationes, quæ prosint. 2. Ἐπιτυγχάνειν τινός. Compotem esse alicujus rei. Consequi aliquid. 3. Λήγειν τῶν πόνων. Desinere laborare. Sententia. Λῆγε τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Desine laborare, dum adhuc laborare potes.

Μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν. Neque risum petulantem ama, neque orationem cum audacia *conjunctam* proba: Illud enim stultum, hoc insanum *est*. vel: Nam alterum stultitiæ est, alterum insaniæ.

Phrases.

1. Στέργειν γέλωτα προπετῆ. Petulantem amare risum. 2. Ἀποδέχεσθαι τὸν λόγον μετὰ θράσους. Probare, laudare orationem audacem.

Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Quæ facere turpe, ista existima neque dicere pulchrum. Aliter. Quæ factu turpia sunt, ea ne dictu quidem decora esse puta. Hic infinitivi ποιεῖν & λέγειν, per supinum posterius, factu, dictu exponuntur.

nuntur. Quia ubi Latini utuntur adjectivo & posteriori supino in *tu* : ibi Græci infinitivo cum adjectivo.

Ἔθιζε σεαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν ἀλλὰ σύννουν· δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις. Assuefacias teipsum esse non torvum vultu, sed severum : per illud enim superbus, insolens, per hoc verò prudens esse videberis. Aliter. Assuefac teipsum, ut sis vultu non torvo, sed severo: nam illud insolentiæ, hoc prudentiæ tribuetur.

Phrases.

1. Σκυθρωπὸν εἶναι. Vultu esse torvo. Naturâ tristi ac reconditâ esse. Cic. 2 Σύννουν εἶναι. Vultu esse severo, gravi. Item. Præsenti esse animo. 3. Αὐθάδη εἶναι. Insolentem esse. Superbire. Sibi ipsi placere. 4. Φρόνιμον εἶναι. Prudentem esse. Διὰ τοῦτο δόξεις φρόνιμος εἶναι. Hoc tibi prudentiæ tribuetur.

Ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν κόσμον, αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην. Τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος. Existima te maximè decere modestiam, verecundiam, justitiam, temperantiam. His enim omnibus videtur contineri adolescentum disciplina. Vel, Nam his virtutibus omnis adolescentiæ disciplina continetur.

N. B. 1. Τούτοις γὰρ ἅπασι, &c. Constructio ambigua est, utrùm τούτοις ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι, an verò, ἅπασι δοκεῖ, κρατεῖσθαι τούτοις &c. conjungenda sint. Nonnullis lectio commodior videtur esse hæc : τούτοις γὰρ ἅπαν τὸ ἦθος &c. Sed quomodocunque legatur, sententia eòdem recidit. 2. Δοκεῖ κρατεῖσθαι, pro, unico verbo κρατεῖται, ponitur.

Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ γε συνειδήσεις. Nunquam

quam quicquam turpe faciens spera clam fore : etenim si alios latueris, tibi ipsi quidem conscius eris. Aliter. Si quid unquam turpe admiseris, ne sperato fore clam : nam etsi alios id celaveris, ipse tibi tamen conscius eris. *N. B.* Posterior vox negativa, οὐδὲν, μηδὲν, apud Latinos sæpe æquipollet particulæ, quicquam, ut hoc loco.

Phrases.

1. Μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν. Nihil turpe committere, admittere. 2. Ἐλπίζειν τὶ λήσειν. Sperare aliquid clam fore. 3. Συνειδέναι ἑαυτῷ. Conscium esse sibi.

Τὸν μὲν Θεὸν φοβοῦ. Deum time.

Hinc,

Φοβεῖν τὸν Θεόν. Timere Deum.

Τοὺς δὲ γονεῖς τίμα. Parentes honora.

Hinc,

Τιμᾶν τοὺς γονεῖς. Honorare Parentes.

Τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου. Amicos verere.

Hinc,

Αἰσχύνεσθαι τοὺς φίλους. Vereri amicos.

Τοῖς δὲ νόμοις πείθου. Legibus obtempera.

Hinc,

Πείθεσθαι τοῖς νόμοις. Obedire legibus.

Τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης. Τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν, ἄριστον· ἄνευ δὲ τούτου, κάκιστον.

Voluptates venare eas, quæ cum gloria *conjunctæ sunt* : delectatio enim cum honesto, optimum *est*; absque autem hoc, pessimum. Aliter. Eas amplectere voluptates, quæ gloriam pariant : nam oblectatio cum honestate conjuncta, res est optima; sine hac autem pessima.

Hinc,

Θηρεύειν τὰς ἡδονάς. Amplecti, sectari voluptates, &c.

Εὐλαβοῦ

Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν. Cave criminationes, quamvis fallæ fuerint: multi enim veritatem ignorant, ad opinionem autem respiciunt. Vel: vulgus enim cùm veritatem ignoret, ex opinione famâque judicat. Cicero in Oratione pro Q. Rosc. hanc sententiam latinis verbis sic expressit: Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Ex quibus intelligimus, τοὺς πολλοὺς ab eo vocari vulgus, & ἀποβλέπειν πρὸς τὴν δόξαν, ex opinione æstimare.

Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων· καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ. Omnia videaris facere tanquam neminem celaturus: Nam etsi in præsentia occultâris, postea conspicieris, id est, deprehenderis. Aliter: Omnia ita feceris, quasi neminem sis celaturus: etsi enim in præsentia quidpiam occultâris, pòst tamen innotescet.

Phrases.

1. Δόκει ποιεῖν. Videaris facere. Puta te facere. Et unico verbo: Feceris. Nam δοκῶ verbum Græcum Latinè sæpius non redditur, sed infinitivus ei adjunctus exprimitur. 2. Μηδένα λανθάνειν. Neminem celare, &c. 3. Κρύπτειν τι παραυτίκα. Occultare aliquid in præsentia.

Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης. Maximè autem existimationem colliges, si videare ea non faciens, quæ aliis facientibus succenseas, quæ alios facientes objurgares. Aliter: Facillimè verò gloriam consequêris, si appareat te ea non facere, quæ ab aliis facta reprehenderes.

Phrases.

1. Μάλιστα εὐδοκιμεῖν. Optimè audire. Clarissimum fieri. Item: Facillimè gloriam consequi. 2. Ἐπιτιμᾶν τινι. Reprehendere aliquem. Ἐπιτιμᾶν τοῖς πράττουσι. Reprehendere eos; qui faciunt, &c.

Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Si sis discendi cupidus, eris multisciu . Aliter: Si cupidè didiceris, multa disces.

Hinc,

1. Φιλομαθῆ εἶναι. Cupidum esse discendi. Cupidè discere. 2. Πολυμαθῆ εἶναι. Multiscium esse. Multa discere.

Ἃ μὲν ἐπίστασαι, διαφύλαττε ταῖς μελέταις· ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προσλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μανθάνειν, καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαβεῖν.

Quæ scis, custodias, *retineas*, *conserves* exercitationibus; quæ verò non didicisti, assume, *adjunge* scientiis. Similiter enim turpe *est* eum, qui audiverit utilem orationem, non discere, & datum aliquid bonum ab amicis non accepisse. Aliter: Quæ didicisti, exercitationis diligentiâ tuere; quæ adhuc ignoras, artium cognitione adjungito. Æquè enim turpe est auditam utilem orationem non discere, ac boni quidpiam datum ab amicis nolle accipere.

N. B. Ὁμοίως & καὶ particulæ comparativæ latinè redduntur per Æquè, ac, tam, quàm, &c. Quia latini comparationem similium per has voces instituunt.

Phrases.

1. Διαφυλάττειν τι ταῖς μελέταις. Conservare aliquid studio, exercitatione. Tueri aliquid exercitationis

tionis diligentiâ. 2. Προσλαμβάνειν τι τῆς ἐπιστήμαις. Adjungere aliquid artium cognitione. Comprehendere aliquid scientiâ, &c. 3. Μανθάνειν χρήσιμον λόγον Discere utilem orationem. 4. Λαμβάνειν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων διδόμενον. Accipere aliquid boni ab amicis datum.

Καταναλισκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν. Οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν. Impende in vita otium, vel, quod in vita est, in sermonum, *doctrinæ* cupidam auditionem. Sic enim aliis, (*pro ab aliis*) difficilè inventa continget tibi facilè discere. Aliter: Quicquid otii in vita tibi dabitur, id in audiendæ doctrinæ studio consumito. Sic enim futurum est, ut quæ magnis alii laboribus invenêre, tu facilè perdiscas.

Phrases.

1. Καταναλίσκειν τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολήν. Consumere id otii, quod in vita datur. Item: Impendere vitæ otium. 2. Φιληκοΐα τῶν λόγων. Studium audiendi doctrinam. Sed more Tullii elegantiùs dicitur: Audiendæ doctrinæ studium. 3. Χαλεπῶς τι εὑρίσκειν. Magno labore aliquid invenire. 4. Ῥᾳδίως μανθάνειν τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα. Facilè ea discere, quæ ab aliis magno labore inventa sunt, vel quæ alii magno labore invenerunt.

Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. Τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει· τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει. Σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. Existima auditorum multa, multis esse pecuniis præstantiora. Hæc enim citò deficiunt: illa autem omne tempus permanent. Sapientia enim sola possessionum immortalis res *est*. Aliter: Audivisse multa præstare puta, quàm multum pecuniæ congisse.

 gisse.

gisse. Nam hæ facilè amittuntur: illa verò perpetuò durant. Solius enim sapientiæ possessio est immortalis.

Phrases.

1. Πολλὰ τῶν ἀκουσμάτων πολλῶν χρημάτων κρείττω εἰσί. Multa audivisse præstat, quàm multum pecuniæ coëgisse. Pleræque auditiones multis pecuniis sunt præstantiores. 2. Τὰ χρήματα ταχέως ἀπολείπει. Pro ἀπολείπουσι. Quia Atticis neutris pluralibus respondet verbum singulare. Expositio. Pecuniæ citò deficiunt, facilè amittuntur. 3. Τὰ ἀκούσματα πάντα τὸν χρόνον παραμένει. Pro παραμένουσι. Auditiones perpetuò durant. Doctrina nunquam deserit, &c.

Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. Ne te pigeat longam viam ire ad docere quid utile promittentes, vel, ad eos, qui se docere quid utile promittunt. Turpe enim mercatores tanta maria transire causâ ampliorem faciendi rem familiarem, adolescentes verò neque per terram itinera sustinere ad meliorem constituendam, *reddendam* suam mentem. Aliter: Ne tibi molestum sit longum iter ad eos facere, qui se aliquid utile docturos profitentur. Turpe enim est, cùm mercatores rei familiaris augendæ gratiæ tanta transmittant maria, adolescentes, excolendi ingenii causâ, nec terrestre iter velle suscipere.

Phrases.

Phrases.

1. Ποϱεύεσϑαι μακϱὰν ὁδόν. Longam ire viam, &c. 2. Ἐπαγγέλλεσϑαι διδάσκειν τι χϱήσιμον. Profiteri se docere aliquid utile. Item: Profiteri scientiam aliquam, aut studium aliquod utile. 3. Διαπεϱᾷν τὰ πελάγη. Transire, vel transmittere maria. 4. Πλείω ποιεῖν τὴν ὑπάϱχουσαν οὐσίαν. Augere rem familiarem, opes, facultates, &c. 5. Ὑποδϱόμειν τὰς κατὰ γῆν ποϱείας. Terrâ iter facere. 6. Καϑιστάναι ἐπὶ τὸ βέλτιον τὴν διάνοιαν. De verbo ad verbum reddi potest: Constituere in melius ingenium. Sed cùm barbarum sit, Cicero nobis in auxilium vocandus est, qui id per *excolere ingenium* passim exprimit. Ἐπὶ βέλτιον τι καταστῆσαι. Emendare, corrigere, melius efficere aliquid, &c.

Τῷ μὲν τϱόπῳ γίνε φιλοπϱοσήγοϱος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπϱοσήγοϱος. Ἔστι δὲ φιλοπϱοσηγοϱίας μὲν τὸ πϱοσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας· εὐπϱοσηγοϱίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις, αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν. Moribus sis affabilis, verbis urbanus. Est autem affabilitatis affari eos, qui obvii sunt: urbanitatis autem verbis eosdem familiariter alloqui. Aliter: Moribus tuis adsit affabilitas, verbis autem urbanitas. Est autem affabilitatis obvios salutare: urbanitatis comiter eos appellare.

Phrases.

1. Φιλοπϱοσήγοϱον γίνεσϑαι τῷ τϱόπῳ. Affabilem esse. 2. Εὐπϱοσήγοϱον τῷ λόγῳ. Urbanum vel humanum esse. *N. B.* Τῷ τϱόπῳ καὶ τῷ λόγῳ, hic in sermone latino omitti possunt sine ullo detrimento. 3. Πϱοσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. Salutare obvios. 4. Ἐντυγχάνειν τινὶ οἰκείως τοῖς λόγοις. Comiter aliquem appellare. Blandis quempiam alloqui verbis.

Ἡδέως

Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις. Οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ. Suaviter, *comiter* quidem habe in omnes, utere autem optimis. Sic enim aliis non odiosus eris, aliis verò amicus fies. Aliter: Comis eris in omnes, sed optimorum familiaritate utéris. Sic aliorum inimicitias vitabis, aliorum tibi amicitiam conciliabis.

Phrases.

1. Ἡδέως ἔχειν πρός τινα. Pro, Ἡδέα εἶναι πρός τινα. Comem esse in aliquem. Nam adverbia græca sæpe ponuntur pro ipsis nominibus, à quibus descendunt: & verbum ἔχω eis adjunctum pro εἰμὶ usurpatur. 2. Χρῆσθαι τοῖς βελτίστοις. Optimorum familiaritate uti. 3. Ἀπεχθῆ γίνεσθαί τινι. Invisum esse, odio esse alicui. 4. Φίλον γίνεσθαί τινι. Amicum esse alicui. Item: Amicitiam alicujus conciliare sibi.

Τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν. Πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων. Colloquia ne crebra facito, *instituito cum* iisdem, neque longa de iisdem. Satietas enim omnium. Aliter: Ne sæpius eosdem, neque verbosius iisdem de rebus alloquare. Est enim satietas omnium rerum.

Hinc,

1. Ποιεῖσθαι τὰς ἐντεύξεις. v. t. Facere interpellationem, alloquia, colloquia. Pro, Interpellare, alloqui, colloqui. 2. Ποιεῖσθαί τινι τὰς ἐντεύξεις πυκνὰς καὶ μακράς. Sæpius ac verbosius aliquem alloqui. 3. Περὶ τῶν αὐτῶν. Subintellige πραγμάτων. Iisdem de rebus

Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. Exerce teipsum voluntariis

tariis laboribus ; ut possis etiam necessarios perferre.

Phrases.

1. Γυμνάζειν ἑαυτὸν πόνοις. Exercere se laboribus. 2. Ὑπομένειν τοὺς ἀκουσίους πόνους. Necessarios perferre labores, &c.

Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τὴν ψυχὴν αἰσχρὸν, τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. Ἔσῃ δὲ τοιοῦτος, ἂν κέρδη μὲν εἶναι νομίζῃς, δι' ὧν εὐδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν εὐπορήσεις. Τῇ δ' ὀργῇ ἂν παραπλησίως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειας. Ἐν δὲ τοῖς τερπνοῖς ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν· ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς ἂν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπῃς, καὶ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν, ὑπομιμνήσκῃς.

A quibus teneri, *vinci* animum turpe, eorum imperium exerce omnium, lucri, iræ, voluptatis, tristitiæ. Eris autem talis, si lucra existimes, per quæ bene audies, sed non per quæ dives eris. Ità autem si similiter habeas erga peccantes, ut erga teipsum peccantem etiam alios habere æquum censueris. In delectationibus si turpe duxeris quidem famulis imperare, voluptatibus autem servire. In molestiis autem, si aliorum casus respexeris, & teipsum, ut homo existens, submoneas. Vel, quòd homo sis recorderis. Aliter : Da operam, ut omnibus istis rebus imperes, quibus animum servire turpe est : cujusmodi sunt, lucrum, ira, voluptas, dolor. Hæc autem ita facies, ita consequêre, si in lucro deputes, quæ gloriam non quæ opes augeant. In ira si talem te præbeas delinquentibus, quales in te delinquentem alios esse velles. In oblectationibus si turpe ducas servis imperare, voluptatibus verò servum esse. In rebus molestis, si cala-

calamitatem aliorum inspicias, & te hominem esse memineris.

Phrases.

1. Κρατεῖσθαι ὑπό τινος. Vinci ab aliquo. Inferiorem esse aliquo. Servire alicui. 2. Κρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κέρδους. Inhiare lucro, &c. 3. Κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Servire voluptati. Sententia. Αἰσχρὸν τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς κρατεῖσθαι. Turpe est animum voluptatibus deditum esse, &c. 4. Ἀσκεῖν τινος ἐγκράτειαν. Imperare alicui rei. 5. Ἐγκράτειαν ἀσκεῖν τῆς ὀργῆς. Imperare iræ. Continere se ab ira. 6. Ἀσκεῖν ἐγκράτειαν τῆς ἡδονῆς. Imperare voluptatibus, &c. Sententia. Καλὸν τούτων ἐγκράτειαν ἀσκεῖν πάντων, ὧν τὴν ψυχὴν κρατεῖσθαι αἰσχρόν. Pulchrum est imperare omnibus iis rebus, quibus animum turpe fuerit servire. 7. Νομίζειν ταῦτα κέρδη εἶναι, δι' ὧν τις εὐδοκιμήσει. Deputare ea in lucro, quæ alicui gloriam pariant, vel, quæ alicujus gloriam augeant, &c. 8 Παραπλησίως ἔχειν πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἄν τις πρὸς ἑαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειε. Talem esse in delinquentes, talem se præbere delinquentibus, quales in se delinquentem alios quispiam esse velit. Item : Eo esse animo in delinquentes, quo alios, &c. 9. Ἄρχειν τῶν οἰκετῶν. Imperare servis. Imperium exercere in servos. 10. Δουλεύειν ταῖς ἡδοναῖς. Servire, deditum esse voluptatibus. Sententia. Αἰσχρὸν μὲν τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. Turpe est in servos imperium exercere, voluptatibus autem servire. 11. Ἐπιβλέπειν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας. Inspicere aliorum calamitates, &c. 12. Ὑπομιμνήσκειν ἑαυτὸν ἄνθρωπον εἶναι. Recordare se hominem esse.

N. B.

N. B. Σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομιμνήσκῃς. ὡς ἄνθρωπος ὢν hic ponitur, vel per Antiptôsin pro ὡς ἄνθρωπον ὄντα, vel per Enallâgen pro ὡς ἄνθρωπος εἶ.

Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας· δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους. Magis serva verborum, quàm pecuniarum deposita. Oportet enim bonos viros mores jurejurando fide digniores videri præbentes; vel, unico verbo, præbere. Nam φαίνεσθαι παρεχομένους, pro una voce, παρέχεσθαι hic ponitur. Aliter: Diligentiùs tuêre fidem, quàm nummos depositos. Nam bonorum virorum est ita se gerere, ut eorum integritas fide dignior, quàm jusjurandum esse videatur; vel, ut eorum mores plus fidei mereantur, quàm dejerationes aliorum.

Phrases.

1. Τηρεῖν τὰς παρακαταθήκας τῶν λόγων. Tueri deposita verborum. Tueri, servare fidem. 2. Τηρεῖν τὰς παρακαταθήκας τῶν χρημάτων. Tueri deposita nummorum, vel depositos nummos. 3. Παρέχεσθαι τὸν τρόπον ὅρκου πιστότερον. Præbere mores jurejurando fide digniores. Pro, Ita se gerere, ut integritas fide dignior sit, quàm jusjurandum, &c.

Προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν. Περὶ τῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαι σοί τε τῷ λέγοντι, κἀκείνοις τοῖς ἀκούουσιν. Convenire puta improbis diffidere, *non credere*, quemadmodùm bonis credere, fidem habere. De arcanis nemini dicito, nisi pariter conducat illas actiones sileri tibique dicenti, & illis audientibus, vel, qui audiunt. Aliter: Quemadmodum improbis minùs credendum, sic bonis fidem habendam esse ducito. Arcana tua nemini

credito; nisi res illas taceri æquè expediat etiam illis, qui audiunt, ac tibi dicenti.

Phrases.

1. Ἀπιστεῖν τοῖς πονηροῖς. Non habere fidem improbis, &c. Προσήκει ἀπιστεῖν τοῖς πονηροῖς. Non credendum est improbis. Non adhibenda est fides improbis. 2. Προσήκει πιστεύειν τοῖς χρηστοῖς. Credendum est, vel, adhibenda est fides bonis. 3. Λέγειν περὶ τῶν ἀπορρήτων. Dicere, credere, item, prodere arcana. Μηδενὶ δεῖ λέγειν περὶ τῶν ἀπορρήτων. Arcana nemini sunt credenda. Σιωπᾶν τὰς πράξεις. Tacere, vel silentio præterire res, &c.

Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις· ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων. ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς· δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

Jusjurandum postulatum suscipe propter duas caussas, vel teipsum crimine turpi absolvens, vel amicos è periculo servans. Causâ verò pecuniarum nullum Deum juraveris, neque si sanctè juraturus sis: videberis enim aliis quidem pejerare, aliis verò avarè habere. Aliter: Jusjurandum si postulabitur, duabus de caussis dabis, vel ut temet ipsum turpi crimine liberes, vel ut amicos è periculis eripias. Pecuniæ verò causâ per nullum Deum jurabis, etiam si liquidò id facere possis: ne aliis perjurus, aliis avarus esse videaris.

Phrases.

1. Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχεσθαι. Jusjurandum, cùm postulatur, dare. Jusjurandum delatum suscipere. 1. Ἀπολύειν ἑαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς. Liberare se

se

ſe turpi crimine. 3. Διασώζειν τοὺς φίλους ἐκ κινδύνων. Eripere amicos è periculis. 4. Ὀμόσαι τὸν Θεόν. Jurare per Deum. Item: Obteſtari, appellare Deum. 5. Δοκεῖν ἐπιορκεῖν. Videri perjurum eſſe. 6. Φιλοχρημάτως ἔχειν. Pro, Φιλοχρήματον εἶναι. Avarum eſſe. Cupidum eſſe pecuniæ.

Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενήσεσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε. Neminem amicum facito, priuſquam exquiſiveris, quomodò uſus fuit prioribus amicis. Spera enim ipſum, & erga te fore talem, qualis & erga illos fuit. Aliter: Amicitiam cum nemine jungito, priuſquam exploraveris, quomodò prioribus amicis fuerit uſus. Sperabis enim eum in te quoque fore talem, qualem erga illos ſe præbuerit.

Phraſes.

1. Ποιεῖν τινα φίλον. Facere aliquem amicum. Amicitiam cum aliquo jungere. 2. Χρῆσθαι τοῖς φίλοις. Uti amicis, &c. 3. Τοιοῦτον γίνεσθαι περί τινα. Talem ſe præbere erga aliquem. Eo eſſe animo: ita eſſe affectum in aliquem.

Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Tarde amicus fias, factus autem conare permanere. Æquè enim turpe nullum amicum habere, & multos (pro multoties) ſodales mutare. Aliter: Senſim amicitiam contrahito, contractam verò ſemper conſervare ſtudeto. Nam ſubinde mutare familiaritates, non minùs turpe eſt, quàm amicum habere neminem.

Phrases.

1. Βραδέως γίνεσθαι φίλον. Sensim fieri amicum. Amicitiam contrahere sensim. 2. Διαμένειν φίλον. Amicum permanere. Conservare amicitiam. 3. Μηδένα ἔχειν φίλον. Neminem habere amicum. 4. Πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Pro, τοὺς ἑταίρους πολλάκις μεταλλάττειν. Nam ut sæpe adverbia ponuntur pro nominibus, sic nomina usurpantur pro adverbiis. Expositio: Sæpius mutare sodales. Subinde mutare familiaritates.

Μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε· τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν μὴ δεόμενος τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. Περὶ τῶν ῥητῶν, ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. Μὴ τυχὼν μὲν γὰρ, οὐδὲν βλαβήσῃ· τυχὼν δὲ μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ.

Neque cum damno explora amicos, neque ignarus esse sodalium velis. Hoc autem facies, si non egens egere te simules. De apertis ut arcanis, vel, de dicendis ut tacendis communica. Non adeptus, *frustratus* enim nihil damni accipies, compos autem voti magis mores eorum nosces. Aliter : Neque cum damno fidem amicorum explora, neque sodalium animos velis ignorare. Quod ita facies, si egere te simulâris, cùm minimè egeas. Communicato cum eis res non arcanas tanquam arcanas. Nam & deceptus nihil detrimenti capies, & voti compos tactus mores eorum perspectiores habebis.

Phrases.

1. Πειρᾶσθαι τῶν φίλων. Tentare amicos. Explorare amicorum fidem. 2. Ἄπειρον εἶναι τῶν ἑταίρων. Ignorare amicos, vel amicorum animos. 3. Ποιεῖν τοῦτο. Hoc facere. 4. Προσποιεῖσθαι τὸ δεῖσθαι. Pro,

τὴν

τὴν ἔνδειαν. Simulare se egere. Simulare egestatem. 5. Ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων. Res non arcanas communicare ut arcanas. 6. Οὐδὲν βλάπτειν. Nihil nocere. Οὐδὲν βλάπτεσθαι. Nihil detrimenti capere. 7. Ἐπίστασθαι τῶν φίλων τρόπον. Perspectos habere amicorum mores.

Δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας. Τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

Proba amicos éque circa vitam calamitate, & in periculis societate. Nam aurum in igne probamus, amicos autem in calamitatibus dignoscimus. Aliter: Amicos cùm in vitæ calamitate, tum in periculorum societate cognosces. Nam aut aurum igni exploratur, sic amicorum fides in rebus adversis declaratur.

Phrases.

1. Δοκιμάζειν τοὺς φίλους ἐκ τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας. Cognoscere amicos in vitæ calamitate. Probare amicos in rebus adversis. 2. Δοκιμάζειν τὸ χρυσίον ἐν τῷ πυρί. Explorare aurum igne. 3. Διαγινώσκειν τοὺς φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις. Perspicere fidem amicorum in periculis, in rebus adversis.

Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος, ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν νόμιζε τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις. Sic autem optime uteris amicis, si non expectes ab illis preces, sed ultrò promittens in temporibus ipsis opituleris. Æquè enim turpe puta inimicorum vinci maleficiis, & amicorum superari beneficiis. Aliter: Sic autem rectissime tractabis amicos, si non expectes, dum te rogent, sed ultrò, cùm tempus postulat, eis opem feras. Non minus

minùs turpe ducas superari beneficiis amicorum; quàm vinci maleficiis inimicorum.

Phrases.

1. Ἄριστα χρῆσθαι τοῖς φίλοις. Rectissimè tractare amicos 2. Περιμένειν τὰς παρὰ τῶν φίλων δεήσεις. Expectare precationes ab amicis. Pro, Expectare dum amici rogent. 3. Ἐν τοῖς καιροῖς. In tempore. Dum tempus postulat. 4. Αὐτεπάγγελτον βοηθεῖν τοῖς φίλοις. Ultrò opem ferre amicis. Sponte auxiliari amicis. 5. Νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κακοποιΐαις. Inimicorum vinci maleficiis. 6. Ἡττᾶσθαι ὑπὸ τῶν φίλων εὐεργεσίαις. Superari beneficiis amicorum.

Ἀποδέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ κακοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. Πολλοὶ μὲν γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι.

Proba sodalium non solùm in malis *tuis* dolentes, sed etiam in bonis *tibi* non invidentes. Multi enim infœlicibus, in calamitate versantibus amicis condolent, bene autem rem gerentibus invident. Aliter: Eos proba amicos, quibus non tantùm mala tua doleant, sed qui etiam bonis tuis non invideant. Multi enim ut rebus amicorum adversis dolent, ita secundis invident.

Phrases.

1. Δυσχεραίνειν ἐπὶ τοῖς κακοῖς. Dolere malis, &c. 2. Συναχθεσθαι τοῖς ἀτυχοῦσι φίλοις. Dolere adversis amicorum rebus. Dolere vicem amicorum in rebus adversis. 3. Φθονεῖν τοῖς φίλοις τοῖς καλῶς πράττουσι. Invidere secundis amicorum rebus. 4. Ἀτυχεῖν. Infœlicem, miserum esse. In miseriis & calamitatibus versari. 5. Καλῶς πράττειν. Fœlicem esse. Prosperâ uti fortunâ.

Τῶν

Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν. Absentium amicorum mentionem fac apud præsentes, ut videaris neque ipsos absentes negligere vel neglecturus esse. Nam sæpe præsens pro futuro ponitur.

Phrases.

1. Μιμνήσκεσθαι τῶν ἀπόντων φίλων. Mentionem facere absentium amicorum. 2. Ὀλιγωρεῖν τῶν φίλων. Negligere amicos.

Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής· ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον. Esse velis *quoad* ea, quæ circa vestitum *sunt*, elegans, at non nimis studiosus elegantiæ. Est enim elegantis quidem magnificum, nimium studiosi elegantiæ verò superfluum. Aliter: In vestitu fac ornatum probes, luxum repudies. Habet autem ornatus magnificentiam, luxus redundantiam.

Phrases.

1. Φιλόκαλον εἶναι τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα. Pro, κατὰ τὰ ὄντα περὶ τὴν ἐσθῆτα, vel ἐν τῇ ἐσθῆτι. Elegantem esse vestitu. Item: Ornatum probare in vestitu. 2. Καλλωπιστὴν εἶναι τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα. Elegantiæ in vestitu nimis studiosum esse. Nimium se ornare. Luxum in vestitu probare, &c.

Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. Ama præsentium bonorum non excedentem possessionem, sed moderatum usum. Aliter: Ama bonorum non ingentem cumulum, sed moderatum fructum.

Phrases.

Phrases.

1. Ἀγαπᾷν τὴν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν τὸ ὑπερβάλλοντα κλῆσιν. Amare bonorum ingentem cumulum, &c. 2. Ἀγαπᾷν τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. Amare bonorum moderatum fructum.

Καταφρόνει τῶν περὶ τὸ πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. Παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος. Despice eos, qui circa divitias student, uti vero præsentibus non possunt. Simile enim tales patiuntur, ac si quis equum emerit bonum, male equitare sciens. Aliter: Contemne eos, qui amplificandæ rei student, partis autem uti nesciunt. Istis enim fere idem accidit, quod ei, qui bonum paravit equum non satis equitandi peritus.

Phrases.

1. Καταφρονεῖν τῶν περὶ τὸ πλοῦτον σπουδαζόντων. Despicere, contemnere eos, qui cumulandis opibus, coacervandis divitiis student. 2. Σπουδάζειν περὶ τὸ πλοῦτον. Studere opibus cumulandis, &c. 3. Χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσι. Uti partis. 4. Κτήσασθαι καλὸν ἵππον. Parare, emere bonum equum. 5. Ἐπίστασθαι ἱππεύειν. Scire equitare. Peritum esse equitandi.

Πειρῶ τὸ πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν. Ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις· κτήματα δὲ τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις. Conare divitias pecunias & possessiones parare, efficere. Sunt autem pecuniæ frui scientibus: possessiones vero uti valentibus, vel iis, qui uti possunt. Aliter: Da operam, ut divitiæ & usui & fructui tibi sint. Sunt autem

tem iis, qui frui sciunt, usui: iis verò, qui uti sciunt, fructui.

N. B. Discrimen inter χρῆσθαι & ἀπολαύειν, uti & frui, hoc plerique constituunt, ut alterum magis ad necessitatem, alterum ad voluptatem referatur: frui nos aliquâ re sine respectu ad alia commoda, ut amicorum colloquio, jocis, voluptatibus: uti propter aliud, ut libro discendi gratiâ: medicinâ sanitatis restituendæ causâ. Cicero tamen utrumque sæpe conjungit, & modò hoc, modò illud præponit, ut est in loquendo liber & minimè superstitiosus.

Phrases.

1. Κατασκευάζειν τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα. Parare divitias usui & fructui, vel, ut sint usui & fructui. Item: Sic administrare rem familiarem, ut eam & possidere possimus, & uti queamus eâ. 2. Ἀπολαύειν καὶ χρῆσθαι τοῦ πλούτου. Frui & uti divitiis.

Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτῖσαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι. Πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα.

In pretio habe præsentem substantiam duorum causâ, & mulctam magnam solvendi, & amico bono periclitanti auxiliandi. Quoad reliquam autem vitam, nihil supra modum, sed mediocriter eam ama. Aliter: Rem familiarem duabus de causis magnifac, tum ut magnam mulctam sufferre, tum ut bono amico ferre opem in calamitate possis. Quod autem ad reliquas vitæ rationes attinet, non supra modum eam, sed mediocriter ama.

N. B. Μηδὲν nihil, hoc loco eleganter ponitur pro οὐχ; ut, μηδὲν ὑπερβαλλόντως, pro οὐχ ὑπερβαλλόντως. Nihil supra modum, pro, non supra modum.

Phrases.

1. Τιμᾶν τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν. Magnifacere rem familiarem.

familiarem. 2. Βοηθεῖν τῷ φίλῳ. Opem ferre amico. 3. Ἕνεκα τοῦ βοηθῆσαι. Causâ auxiliandi. Gratiâ opem ferendi. Quia infinitivis cum articulo genitivi casûs addito ἕνεκα, hoc loco, vel etiam sine eo, Græci utuntur iis locis, quibus Latini Gerundiis in di, aut verbo conjunctivo præcedente *ut*, vel etiam nonnunquam, *ne*, &c. 4. Ἀγαπᾷν τὸν βίον ὑπερβαλλόντως. Amare vitam supra modum, &c.

Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Ama quidem præsentia, quære autem meliora. Aliter: Iis quæ adsunt, contentus esto, quære tamen res meliores.

Hinc,

Στέργειν τὰ παρόντα. Contentum esse suâ sorte. Contentum esse præsenti rerum statu, &c. 2. Ζητεῖν τὰ βελτίω. Quærere res meliores. Cic.

Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη· καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. Nulli calamitatem exprobraveris: communis enim fortuna *est*, & futurum incertum. Aliter: Nemini calamitatem exprobres. Fortunæ enim dominatus per omnes pervagatur: & quid sequatur, sciri non potest. Cicero.

Hinc,

Ὀνειδίζειν τινὶ τὴν συμφοράν. Exprobrare alicui calamitatem. Item: Insultare alicui in calamitate.

Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει· καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρὰ ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. Bonis benefacito; præclarus enim thesaurus *est* apud virum bonum gratia debita, vel beneficium collatum.

Hinc,

Εὖ ποιεῖν τοὺς ἀγαθούς. Beneficio afficere bonos. Benefacere bonis.

Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν. Ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν· οὔτε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.

Malis

Malis benefaciens similia patieris alienos canes pascentibus. Illi namque dantes ut obvios quosque allatrant: malique juvantes *se* ut lædentes injuriâ afficiunt. Aliter: Si malis benefeceris, idem tibi usu veniet, quod illis, qui alienos canes pascunt. Nam & hi æque allatrant eos, qui bene de ipsis merentur, quàm eos, qui iis nocent.

N. B. 1. Ἐυ ποιῶν. Participia sæpe inepta sunt in Latino sermone, & rectiùs periphrasi quâdam redduntur, ut hic ἐυ ποιῶν, pro ἐὰν ἐυ ποιῇς. si bene feceris. 2. Ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς &c. Similia patieris iis, ineptum est. Πάσχω verbum generale est, & quamlibet affectionem, sive bonam, sive malam, sive jucundam, sive molestam significat. Proinde non ineptè vertitur per accidere, usu venire, tractari. Item: Agi cum aliquo, &c.

Phrases.

1. Ἐυ ποιεῖν τοὺς κακούς. Bene mereri de malis. 2. Ὑλακτεῖν τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας. Æquè allatrare eos, qui dant, ac quoslibet alios. 3. Ἀδικεῖν τοὺς ὠφελοῦντας. Injuriâ afficere bene meritos, vel eos, qui bene merentur.

Μίσει τοὺς κολακεύοντας ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας. Ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύοντας ἀδικοῦσιν. Odio habe adulantes tanquam decipientes. Utrique enim crediti, *pro* si qui ipsis credant, credentes lædunt. Aliter: Assentatores non minus oderis quàm impostores. Nam utrique lædunt eos, qui illis fidem habent.

N. B. 1. Participia Græca à Latinis sæpe eleganter redduntur per nomina, ut hoc loco, κολακεύοντας καὶ ἐξαπατῶντας, assentatores & impostores. 2. Πιστευθέντες. Non possumus participium hoc, nisi per ambages exprimere, ἐάν τις πιστεύῃ αὐτοῖς. Si quis fidem habuerit eis.

Phrases.

1. Μισεῖν τοὺς κολακεύοντας. Odisse, vel odio habere assentatores, adulatores. 2. Ἀδικεῖν τοὺς πιστεύοντας. Lædere eos, injuriam facere eis, qui fidem adhibent.

Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατόν σοι χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους. Si amplectaris amicorum in nequissimo tibi gratificantes, non habebis in vita propter optimum, odium tuum suscipientes. Aliter: Si eos amplectaris amicos, qui tibi nequissimis in rebus gratificantur, vix ullos per omnem ætatem habebis, qui tuum odium propter res optimas suscipere velint.

N. B. 1. Πρὸς τὸ φαυλότατον idem est, quod, ἐν τοῖς φαυλοτάτοις πράγμασι. Præpositio enim πρὸς cum suo accusativo, nonnunquam præpositionis ἐν & Dativi ejus vim & significationem habet, &c. 2. Πρὸς τὸ βέλτιστον, idem valet, quod ἕνεκα τοῦ συμφέροντος. Propter summum commodum, &c. 3. Ἀπεχθανομένους σοί. Pro, οἵ τινες βούλοιντο ἀπεχθάνεσθαί σοι. Qui propter admonitionum severitatem odium tuum suscipere non recusent.

Phrases.

1. Ἀποδέχεσθαι τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατον χαριζομένους. Amplecti eos, qui nequissimis in rebus gratificantur. 2. Χαρίζεσθαί τινι πρὸς τὸ φαυλότατον. Gratificari, favere, obtemperare alicui in vilissimis rebus: ut sunt, turpium voluptatum ministeria, meretricum, lenonum, aleatorum, compotorum, denique adulatorum & assentatorum. 3. Ἀπεχθάνεσθαί τινι πρὸς τὸ βέλτιστον. Suscipere alicujus odium propter

res

res optimas. Item: Repugnare alicui, & cum increpatione ad id, quod optimum est, deducere. Exponitur etiam hoc modo: Invisum se reddere alicui propter utilitatem ejus vel ad virtutem eum hortando, &c.

Γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. Τῶν μὲν γὰρ τὸν ὑπερηφανικὸν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν· τὸν δὲ τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. Ὁμιλητικὸς δ' ἔσῃ, μὴ δύσερις ὢν, μηδὲ δυσάρεστος, μηδὲ πρὸς πάντα φιλόνεικος, μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν· ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς, ἐπιπλήττων. Μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων. τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν. Μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, ποιοῦντες μὲν εὖ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. Μηδὲ φιλαίτιος ὢν, βαρὺ γάρ· μηδὲ φιλεπιτιμητὴς, παροξυντικὸν γάρ. Sis in adeuntes te comis, at non superbus. Horum enim (videlicet superborum) superbam fastidiosamque arrogantiam vix servi sustinuerint, *toleraverint*: illorum autem affabiles mores, *pro* affabilitatem, vel comitatem omnes jucundè, *libenter* ferunt. Comis autem eris, non contentiosus existens, neque morosus, neque in omnibus adversator, neque contra iras, (*pro* iræ) familiarium aspere occurrens, neque si injustè irati fuerint: sed iratis ipsis cedens, sedatos verò ab ira increpans. Neque circa ridicula seria agens, neque circa seria ridiculis gaudens. Nam intempestivum ubique molestum. Neque beneficia ingratè, *molestè* gratificans, præstans, quod multi patiuntur facientes quidem bene, gravatim tamen amicis inservientes. Neque cupidus accusator existens, grave enim *est*: neque proclivis ad objurgandum, irritat enim. Aliter:

ter: Comitatis verò officia ſunt non contentioſum eſſe, non moroſum, non omnibus in rebus adverſatorem: familiarium iræ non aſperè reſiſtere, quamvis nulla de cauſa iraſcantur, ſed eis dum commoti fuerint, cedere, ac ubi ira deferbuerit, eos objurgare. Non in ridiculis res ſerias agere, neque ſeriis in rebus nugis gaudere: intempeſtiva enim ubique moleſta ſunt. Non beneficia cum faſtidio conferre, quo vitio multi laborant, qui etſi amicis obſequuntur, gravatim tamen id faciunt: non facilè incuſare, nam odioſum eſt: non ad reprehendendum proclivem eſſe, nam iratos facit.

Phraſes.

1. Δύσεριν εἶναι. Contentioſum eſſe: Amantem eſſe jurgii: Jurgio ſæpè contendere. 2. Δυσάρεστον εἶναι. Moroſum, implacabilem, inexorabilem eſſe. 3. Πρὸς πάντα φιλόνεικον εἶναι. Omnibus in rebus adverſari. 4. Τραχέως ἀπαντᾶν πρὸς τὰς τῶν φίλων ὀργάς. Aſperè reſiſtere familiarium iracundiæ. Acerbè invehi in amicos iratos. 4. Ἀδίκως ὀργιζόμενον τυγχάνειν. Pro, ὀργίζεσθαι. Injuſtè, nulla de cauſa iraſci. 6. Εἴκειν τοῖς θυμουμένοις φίλοις. Iratis cedere amicis. 7. Ἐπιπλήττειν τοῖς φίλοις. Objurgare amicos. 8. Παύεσθαι τῆς ὀργῆς. Deſinere iraſci. 9. Σπουδάζειν περὶ τὰ γελοῖα. In ridiculis res ſerias agere. In eſt, In ludicris rebus ſeveritate uti. 10. Χαίρειν τοῖς γελοίοις περὶ τὰ σπουδαῖα. In rebus ſeriis gaudere nugis. 11. Χαρίζεσθαι τὰς χάριτας ἀχαρίστως. Cum moleſtia benefacere. Ingrato animo beneficia conferre, &c. 12. Ἀηδῶς ὑπουργεῖν τοῖς φίλοις. Non libenter operam navare, inſervire amicis. 13. Φιλαίτιον εἶναι. Facile incuſare. 14. Φιλεπιτιμητὴν εἶναι. Proclivem eſſe ad reprehendendum, &c.

Μάλιστα

Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας, ἂν δέ ποτέ σοι συμπίπτῃ καιρὸς, ἐξανίστασο πρὸ μέθης. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταυτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι, τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. Ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων· ἥ τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, διαφθαρείσης τῆς διανοίας. Maximè quidem cave in conviviis congressus, si verò aliquando tibi contigerit occasio, surge ante ebrietatem. Cùm enim mens à vino depravata fuerit, eadem patitur curribus aurigas abjicientibus, vel eadem patitur, quæ currus, qui aurigas abjiciunt. Illique enim inordinatè feruntur carentes rectoribus, animaque multa peccat corruptâ mente. Aliter: Conviviorum vitare sodalitates consultissimum certè fuerit. Sed si quando tempus postulârit, surgito ante ebrietatem. Cùm enim mens vino obruitur, idem ei quod curribus evenit, è quibus aurigæ excussi sunt. Nam ut hi temerè feruntur carentes gubernatoribus, sic animus in multa delicta impellitur mente subversâ.

N. B. Τε τε in comparatione apud Latinos per ut, sic, exponuntur.

Phrases.

1. Εὐλαβεῖσθαι τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας. Cavere congressus in conviviis. Sodalitates vitare conviviorum. Abstinere compotationibus. 2. Ἐξανίστασθαι πρὸ μέθης ἐν τοῖς πότοις. Surgere ante ebrietatem in convivio. 3. Ὑπὸ οἴνου διαφθείρεσθαι. Obrui vino. 4. Ἀποβάλλειν τοὺς ἡνιόχους. Excutere, abjicere aurigas: & rectissimè, amittere aurigas. Nam ἀποβάλλειν sæpè pro ἀπολέσαι sumitur: ut, ἀποβεβληκέναι τοὺς ὀδόντας ἢ τὰ πατρῷα. Amisisse dentes aut patrimonium, &c. 5. Ἀτάκτως φέρεσθαι. Temerè,

merè, sine ordine ferri, ruere. 6. Διακυβερνητεῖν τῶν εὐθυνόντων. Pro, μὴ ἔχειν τοὺς εὐθύνοντας. Carere gubernatoribus. Destitui rectoribus. 7. Πολλὰ σφάλλεσθαι. Pro, πολλάκις, vel ἐν πολλοῖς πράγμασι σφάλλεσθαι. Sæpius labi. In multis delinquere. In multa impelli delicta.

Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι· θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

N. B. Hæc verba vix possunt latinè satis commodè reddi. Quidam ea de verbo ad verbum ita reddunt. Immortalia quidem sape eo, quod est magnanimum esse: mortalia verò præsentibus moderatè fruendo. Alii putant ea ita vertenda esse, ac si Græcè scriptum esset, μεγαλόψυχος ἔσο ὡς ἀθάνατος, συμμέτρως δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἀπόλαυε, ὡς θνητός. Magnanimus esto tanquam immortalis, re tuâ familiari utere tanquam mortalis. Wolfius ea hunc in modum latinè reddidit: Immortalitatem specta magnitudine animi, mortalitatem moderato rerum usu. Rudolph. Agricola hoc modo vertit: Immortalia sentias magnitudinem animi præ te ferendo, &c.

Phrases.

1. Φρονεῖν ἀθάνατα. Spectare immortalitatem, &c. 2. Μεγαλόψυχον εἶναι. Magnanimum esse. 3. Φρονεῖν θνητὰ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Mortalitatem spectare, sectari moderato rerum usu. Id est, Moderatè uti facultatibus, ut mortalem decet.

Ἡγοῦ τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας. πολλάκις γὰρ ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτων τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν. Existima eruditionem eò majus bonum esse inscitiâ, quòd alia quidem improba,

improba, *vel res improbas* omnes lucrantes *vel cum lucro* faciunt, ipsa verò sola etiam damno afficit habentes. Sæpe enim quem verbis offenderunt, huic factis pœnas dederunt. Aliter: Quantùm eruditio inscitiæ præstet, ex eo perspicies, quòd omnes è cæteris improbè factis fructum aliquem capiunt, hæc verò sola detrimentum etiam injungit. Nam sæpe isti, quem offendêre verbis, ei re ipsâ pœnas dederunt.

Phrases.

1. Ἡ *παιδεία μεῖζον ἀγαθόν ἐστι τῆς ἀπαιδευσίας.* Eruditio præstat inscitiæ. 2. Π*ράττειν τὰ μοχθηρά.* Improbè agere. Scelus, vel sceleratum facinus patrare, committere. 3. Π*ροσζημιοῦν τινα.* Afficere aliquem damno. 4. Ἔ*χειν τὴν ἀπαιδευσίαν.* Ignarum, rudem esse, &c. Sententia: Ἡ *ἀπαιδευσία τοὺς ἔχοντας προσζημιῶσι.* Ignorantia iis, quia eâ præditi sunt, detrimentum injungit. 5. Λ*υπεῖν τινα τοῖς λόγοις.* Offendere aliquem verbis. 6. Δ*ιδόναι τινὶ τὴν τιμωρίαν.* Dare alicui pœnas. Puniri ab aliquo.

Οὓς *ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας.* Ἀ*ρχὴ μὲν γὰρ φιλίας, ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος.* Quos velis facere amicos, bonum quid dicito de ipsis apud renunciantes, *pro renunciaturos.* Principium enim amicitiæ, laudatio, inimicitiæ verò vituperatio. Aliter: Cum quibus amicitiam tibi constitutam esse vis, de illis honorificè loquitor iis audientibus, qui renunciaturi sint. Initium quippe amicitiarum laudatio est, inimicitiarum vituperatio.

Phrases.

1. Ποιεῖν τινὰ φίλον. Amicitiam cum aliquo constituere. Amicitiam alicujus sibi conciliare. 2. Ἀγαθόν τι λέγειν περὶ τῶν φίλων. Honorificè loqui de amicis.

Βουλευόμενος, παραδείγματα ποίει τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων· τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Deliberans, exempla facito præterita futurorum. Nam obscurum è manifesto celerrimam, *facillimam* habet cognitionem, *dijudicationem*. Aliter: Cùm deliberas, præterita pro exemplo tibi proponito. Nam quæ obscura sunt, è manifestis facillimè dijudicantur.

Phrases.

1. Τὰ παρεληλυθότα ποιεῖν παραδείγματα τῶν μελλόντων. Exempla petere è præteritis rerum futurarum, &c. 2. Ταχίστην ἔχειν διάγνωσιν. Facillimè dijudicari.

Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Delibera quidem tardè, perfice autem citò deliberata. Aliter: In deliberando tardus esto, in exequendis deliberatis celer. Salustius ad verba hæc ita alludit: Antequam incipias, consulito; ubi consulueris, maturè facto opus est.

Phrases.

1. Βουλεύεσθαι βραδέως. Tardum esse in deliberando. 2. Ἐπιτελεῖν ταχέως τὰ δόξαντα. Celeriter perficere deliberata. Celerem esse in exequendis deliberatis.

Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Existima optimam rem esse à Deo quidem fœlicitatem, à nobis ipsis autem bonum consilium;

consilium. Aliter: Crede à Deo nihil tribui melius prosperâ fortunâ, à nobis ipsis sapienti consilio, &c.

Hinc,

Ἡ εὐτυχία παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Prospera fortuna à Deo tribuitur, &c.

Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παρρησιάσασθαι, βούλει δέ τισι τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος. Οὕτω γὰρ τήν ἐκείνων τε γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

De quibus vereris liberè loqui, vis autem aliquibus amicorum communicare, utere verbis tanquam de aliena re. Sic enim illorumque sententiam cognosces, & teipsum non apertum facies. Aliter: Quas res apertè dicere vereberis, & tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, tanquam de re aliena orationem instituito. Nam eo pacto & sententiam eorum intelliges, seu, quid censeant, cognosces, nec te ipsum aperies.

Phrases.

1. Αἰσχύνομαι περὶ τούτων παρρησιάσασθαι. Vereor de his rebus apertè loqui. 2. Ἀνακοινώσασθαί τι τοῖς φίλοις. Communicare aliquid cum amicis. 3. Χρῆσθαι τοῖς λόγοις, ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος. Instituere orationem, vel, loqui tanquam de re aliena. 4. Αἰσθέσθαι τὴν γνώμην τῶν φίλων. Intelligere sententiam amicorum. Cognoscere, quid censeant amici. 5. Ποιεῖν ἑαυτὸν καταφανῆ. Aperire, vel, prodere seipsum.

Ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρότερον, πῶς ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ διῴκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Cùm vero de tuis rebus fueris aliquem consulturus, vide prius, quomodò de suis constituit. Qui enim

malè cogitârit de propriis, nunquam bene consulet de alienis. Aliter: Sed cùm alterius consilium in tuis negotiis expetes, considerabis in primis, quomodò res suas administrârit. Nam qui suum negotium malè gessit, nunquam bene procurabit alienum.

Phrases.

1. Συμβουλεύεσθαί τινι ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ. Consilium petere ab aliquo: alicujus consilium expetere in suis negotiis. 2. Διοικεῖν ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ, scilicet, πραγμάτων. Pro, διοικεῖν τὰ αὐτοῦ πράγματα. Administrare res suas. 3. Διανοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἰδίων. Deliberare de suis negotiis. Item: Gerere suum negotium. 4. Συμβουλεύειν ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων. Consilium dare de rebus alienis. Item: Procurare alienum negotium.

Οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύσασθαι παροξυνθείης, εἰ τὰς συμφορὰς, τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας. Καὶ γὰρ τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀρρωστίας ἀναμνησθῶμεν.

Sic autem maximè consilium inire incitaberis, si calamitates, quæ ex temeritate *oriuntur*, intuitus fueris. Etenim valetudinis maximam curam habemus, cùm molestias ex ægrotatione *natas* recordati fuerimus. Aliter: Sic autem ad capiendi consilii prudentiam maximè invitaberis, si quæ damna temeritatem sequantur, cogitâris. Nam & valetudinem diligentissimè curamus, cùm ægrotationum molestias recordamur.

Phrases.

1. Παροξυνθείης βουλεύεσθαι, id est, ὅπως ἂν βουλεύῃ. Incitaberis ad consultandum. Invitaberis ad consilium capiendum; vel, ad capiendi consilii prudentiam.

2. Ἐπιβλέπειν τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας. Cogitare damna, quæ temeritatem ſequuntur. 3. Πλείστην ἔχειν ἐπιμέλειαν τῆς ὑγιείας. Diligentiſſimè curare valetudinem. Cic. 4. Ἀναμνησθῆναι τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας. Recordari moleſtiis ægrotationum.

Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι, καὶ ζηλοῦν, ὥστε σοι συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλλον εὐδοκιμεῖν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν.

Imitare Regum mores, & perſequere illorum ſtudia: videberis enim eos probare & æmulari. Itaque tibi continget apudque multitudinem magis in laude eſſe, & ab illis benevolentiam firmiorem habere. Aliter: Regum mores imitare, & ad eorum ſtudia te conferas; ut eos & probare & æmulari videaris. Unde fiet, vel hunc fructum capies, ut & populus meliùs de te exiſtimet, & tu illorum benevolentiam erga te confirmes ac augeas.

Phraſes.

1. Μιμεῖσθαι τὰ τῶν βασιλέων ἤθη. Imitari Regum mores. 2. Διώκειν τὰ τῶν βασιλέων ἐπιτηδεύματα. Sectari Regum ſtudia. Conferre ſe ad ſtudia Regum. 3. Ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν τοὺς βασιλέας. Probare & æmulari Reges. 4. Εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ πλήθει. Bene audire apud populum. Gloria florere apud multitudinem, &c. 5. Βεβαιοτέραν ἔχειν τὴν παρὰ τῶν βασιλέων εὔνοιαν. Confirmare erga ſe Regum benevolentiam.

Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις· ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ τὸν ἐκείνων τρόπον. ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον, τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν· οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα, τὴν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν.

Pare

Pare quidem & legibus à Regibus positis, *Latin*: firmissimam verò legem puta illorum mores. Sicut enim in populari imperio degentem, multitudinem oportet colere: sic & in unius imperio habitantem, Regem convenit admirari. Aliter: Cùm legibus ipsis, quæ à Regibus latæ sunt, obtempera, tum mores & voluntatem eorum firmissimam esse legem ducito. Quemadmodum enim in populari degenti republica, multitudo colenda est, sic & eum, qui in regio imperio consedit, Regem admirari oportet.

Phrases.

1. *Ἰσχυρότατον νόμον ἡγεῖσθαι τῶν βασιλέων τρόπον.* Mores & voluntatem Regum pro firmissima habere lege. 2. *Πολιτεύεσθαι ἐν δημοκρατίᾳ.* In populari vivere imperio. Versari in Republica. Cic. 3. *Θεραπεύειν τὸ πλῆθος.* Colere multitudinem. 4 *Θαυμάζειν τὸν βασιλέα.* Admirari Regem. 5. *Κατοικεῖν ἐν μοναρχίᾳ.* In regio imperio vivere, considere, &c.

Εἰς *ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν.* In Magistratum constitutus nullo utere improbo in administrationibus. Quæ enim ille peccaverit, tibi causas *eorum alii* imputabunt. Aliter: Delectus ad Magistratum nullius improbi viri ministerio in obeundis negotiis utitor. Nam quicquid ille deliquerit, id tibi ut authori imputabitur.

Phrases.

1. *Καθίστασθαι εἰς τὴν ἀρχήν.* Constitui Magistratum & in Magistratum. Adipisci Magistratum. 2. *Μηδενὶ πονηρῷ χρῆσθαι πρὸς τὰς διοικήσεις.* Nullius improbi ministerio uti in obeundis negotiis. 3. Ἁ-

μαρτά-

ἁμαρτάνειν τινός. Delinquere aliquid &c. 4. Ἀνατιθέναι τὰς αἰτίας τινί. Imputare alicui causam. Transferre in aliquem culpam.

Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. A publicis curationibus discede non ditior sed gloriosior. Multis enim pecuniis melior laus à multitudine. Aliter: A publicis functionibus discede non locupletior, sed laudatior. Laus enim multitudinis magnis opibus præferenda est. Vel, Laudari enim à populo præstat, quàm ingentes possidere *divitias*.

Phrases.

1. Ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν. Discedere à publicis functionibus. 2. Ὁ ἔπαινος παρὰ τοῦ πλήθους. Laus popularis. Laus, quam populus alicui tribuit, &c.

Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο, μήτε συνηγόρει. δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς. Nulli improbo negotio neque assiste, neque patrocinare. Videberis enim & ipse talia facere, qualia aliis facientibus auxiliatus fueris. Aliter: Nullius improbi negotii vel adjutor, vel patronus esse velis. Nam & teipsum eadem facere putabunt, quæ ab aliis facta defenderis.

Hinc,

1. Συνηγορεῖν τινὶ πονηρῷ πράγματι. Patronum esse improbi negotii. 2. Βοηθεῖν τοῖς ἄλλοις. Auxiliari aliis. Defendere alios, &c.

Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δυνάμενον, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχειν. ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης, μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν. Para teipsum plus posse quidem valentem, vel ut possis quidem

quidem aliis esse superior, tolera tamen æqualitatem habere, vel non iniquo animo feras æqualitatē habere *alios* : ut videaris expetere justitiam, non ob infirmitatem, sed propter æquitatem. Aliter: Sic te para, ut aliis plus possis, æquo tamen jure cum cæteris vivito ; ut appareat te colere justitiam non ex imbecillitate, sed propter æquitatem.

Phrases.

1. Δυνάσθαι πλεονεκτεῖν. Pro, *δυνάσθαι πλεῖον ἔχειν.* Plus posse aliis habere. Posse alios superare. Superiorem posse aliis esse. Item: meliori conditione posse esse. 2. Ἀνέχεσθαι τὸ ἴσον ἔχειν. Æquo animo ferre æqualitatem. Acquiescere in æqualitate. Æquo jure vivere cum cæteris. 4. Ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης. Colere justitiam.

Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον· τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει. Κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. Potiùs proba injustam paupertatem, quàm divitias injustas. Eò enim melior justitia pecuniis, quòd hæ quidem vivos solùm juvant, illa verò etiam mortuis gloriam parat ; & illarum quidem improbis communio, *pars* est, hujus verò improbis impossibile *est* participes esse. Aliter: Paupertatem cum justitia conjunctam opibus malè partis præfer. Nam justitia pecuniis eò præstat, quòd hæ viventibus tantùm prosunt, illa etiam defunctis gloriam parit: hæ vel malis hominibus contingunt, illam improbi nullo consequi modo possunt.

Phrases.

1. Ἀποδέχεσθαι τὴν δικαίαν πενίαν. Amplecti paupertatem

pertatem cum justitia conjunctam. 2. Τὰ χρήματα ζῶντας μόνον ὠφελεῖ. Atticè pro ὠφελοῦσι. Pecuniæ viventibus tantùm prosunt. 3. Ἡ δικαιοσύνη καὶ τελευτήσασι τὴν δόξαν παρασκευάζει. Justitia etiam mortuis gloriam parit. 4. Τῶν χρημάτων καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστι. Pecuniæ etiam improbis contingunt. 5. Μεταλαμβάνειν τῆς δικαιοσύνης. Consequi justitiam. Ἀδύνατον τοῖς μοχθηροῖς τῆς δικαιοσύνης μεταλαβεῖν. Justitiam improbi non possunt consequi.

Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας. Οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι. Neminem æmulare ex injustitia lucrum facientem, sed magis proba cum justitia damno affectos. Nam justi injustis si nihil aliud plus habent, certè spe bonâ superiores sunt. Aliter: Neminem eorum, qui lucris injustis ditantur, æmulare: Sed eos pluris facito, qui ob studium justitiæ detrimentis afficiuntur. Nam justi si nullâ re aliâ injustis præstant, spe tamen utique meliore fruuntur.

Phrases.

1. Κερδαίνειν ἐξ ἀδικίας. Pro, ἀδίκως. Injustè lucrari. Injustis lucris ditari, &c. 2. Ζημιοῦσθαι μετὰ τῆς δικαιοσύνης. Damnum pati justitiæ causâ. Amore justitiæ affligi. Ob studium justitiæ detrimento affici. *N. B.* μετὰ hic ponitur pro ἕνεκα. 3. Μηδὲν ἄλλο πλεονεκτεῖν τῶν ἀδίκων. Pro, ἐν μηδενὶ ἄλλῳ πράγματι πλέον ἔχειν τῶν ἀδίκων. Nullâ re aliâ injustis præstare, &c. 4. Ὑπερέχειν τῇ ἐλπίσι σπουδαίαις. Superiorem esse spe bonâ. Meliori frui spe, &c.

Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον, μάλιστα δὲ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει. Μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ,

νῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. Omnium quidem curam gere, quæ circa vitam *sunt*, maximè autem tuam mentem exerce. Maximum enim in minimo mens bona in hominis corpore. Aliter: Cùm omnium rerum, quæ ad vitam spectant, curam suscipito, tum ingenio excolendo vel maximè intentus esto. Maxima enim res in re minima est bona mens in corpore humano.

Phrases.

1. Ἐπιμελεῖσθαι πάντων τῶν περὶ τὸν βίον. Suscipere curam omnium quæ ad vitam degendam spectant. 2. Ἀσκεῖν τὴν φρόνησιν. Exercere vel excolere ingenium.

Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος, ἵνα τῷ μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾶν ἐπίσῃ τὰ συμφέροντα. Conare quidem *quoad* corpus esse laboriosus, *quoad* animum autem sapientiæ studiosus, ut illo quidem perficere queas deliberata, hoc autem prospicere scias conducibilia. Aliter: Da operam, ut corpore sis laborioso, animo autem studioso: ut altero perficere queas decreta, altero prospicere scias profutura.

Phrases.

1. Φιλόπονον εἶναι τὸ σῶμα. Pro, κατὰ τὸ σῶμα. Laborioso esse corpore. 2. Φιλόσοφον εἶναι τὴν ψυχήν. Pro, Κατὰ τὴν ψυχήν. Animo esse studioso. 3. Ἐπιτελεῖν τὰ δόξαντα. Perficere deliberata, decreta. 4. Προορᾶν τὰ συμφέροντα. Prospicere profutura.

Πᾶν ὅ,τι ἂν μέλλῃς λέγειν πρότερον ἐπισκόπει τῇ γνώμῃ. Πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας. Omne, quod sis dicturus, prius inspice, *considera* mente:

mente. Multis enim lingua præcurrit mentem. Aliter: Quicquid dicturus es, prius cum animo reputa. Multi enim sunt, quorum lingua cogitationi antevertat.

Hinc,

1. Μέλλω λέγειν. Dicturus sum. 2. Ἐπισκοπεῖν τῇ γνώμῃ. Reputare aliquid cum animo, &c. 3. Ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας. Lingua præcurrit mentem.

Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυσυχῶν περίλυπος. Existima nihil esse humanorum firmum. Sic enim neque fortunatus eris nimiùm lætus, neque infortunatus pertristis, nimiùm tristis. Aliter: Nihil rerum humanarum esse firmum existima. Sic enim nec rebus secundis lætitiâ exultabis, nec in adversis consternaberis.

Phrases.

1. Μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. Nihil est firmum rerum humanarum. 2. Περιχαρῆ καὶ περίλυπον εἶναι. Perlætum & pertristem esse. Item: Exultare lætitiâ, & consternari dolore.

Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν, ἢ λέγειν. Duo fac tempora dicendi, vel de quibus scis planè, vel de quibus necessarium est dicere. In his enim solis sermo silentio melior: in aliis verò tacere melius, quàm loqui. Aliter: Duo loquendi tempora constitue: alterum de rebus tibi planè cognitis: alterum de iis, quæ necessariò sunt dicenda. In his enim solis silentium antecellit oratio: in aliis verò tacere præstat quàm loqui.

Phrases.

1. Ποιεῖν καιροὺς τοῦ λέγειν. Constituere tempora dicendi, loquendi. 2. Σαφῶς εἰδέναι περί τινος. Scire, nôsse aliquid planè. 3. Ἄμεινον σιγᾷν ἢ λέγειν. Præstat tacere quàm loqui.

Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς γινομένοις τῶν κακῶν. γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις, μηδ᾽ ἐν ἑτέροις ὢν κατάδηλος. ἄτοπον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν. Gaude quidem super contingentibus bonorum, *pro bonis*, & dole mediocriter super, vel *de* evenientibus malorum, *pro malis*. Sis autem aliis, neque in alteris existens manifestus. Absurdum enim est substantiam in ædibus occultare, mentem verò apertam habentem obambulare. Aliter: Et gaudere debes rebus secundis, & moderatè ferre dolorem calamitatum : sed utraque dissimulato. Cùm enim domi opes occultemus, absurdum fuerit aperto animo obambulare.

Phrases.

1. Χαίρειν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν. Gaudere, lætari rebus secundis. 2. Τὰ συμβαίνοντα ἀγαθὰ & τὰ συμβαίνοντα τῶν ἀγαθῶν. Contingentia bona. Res secundæ. 3. Λυπεῖσθαι μετρίως ἐπὶ τοῖς γινομένοις τῶν κακῶν, pro κακοῖς. Moderatè ferre dolorem calamitatum. 4. Κατάδηλον γίνεσθαι ἄλλοις. Apertum, manifestum esse aliis, &c. 5. Μηδὲ ἐν ἑτέροις. pro ἐν μηδετέροις γίνεσθαι κατάδηλον. In neutris, vel in neutra parte esse apertum, vel se aperire. Item : utraque dissimulare. 6. Ἀποκρύπτειν τὴν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις. Occultare domi opes. 7. Περιπατεῖν τὴν διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα. Aperto

Aperto obambulare animo. Id est, ita obambulare ut animi affectiones omnibus pateant.

Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον. δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν, τοῖς μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, τοῖς δὲ σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν. Magis verere, *cave* vituperium, quàm periculum. Oportet enim esse formidabilem improbis vitæ finem, at bonis in vivendo ignominiam. Aliter: Magis cave reprehensionem, quàm periculum. Nam ut vitæ finis improbis, sic bonis viris ignominiosa vita formidolosa esse debet.

Phrases.

1. Ἐυλαβεῖσθαι ψόγον ἢ κίνδυνον. Cavere reprehensionem aut periculum. 2. Ἡ τοῦ βίου τελευτὴ τοῖς φαύλοις φοβερά ἐστι. Improbis vitæ finis est formidolosus. 2. Ἡ ἀδοξία ἐν τῷ ζῆν. Dedecus vitæ: Vita ignominiosa, &c. Ἡ ἀδοξία ἐν τῷ ζῆν τοῖς σπουδαίοις φοβερά ἐστι. Vita ignominiosa bonis viris est formidolosa.

Μάλιστα μὲν πειρῶ ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν· ἐὰν δὲ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύειν, ζήτει τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν μετὰ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μετ' αἰσχρᾶς φήμης. τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι, πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν, ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε.

Maximè quidem conare vivere secundùm securitatem, *securè*: si autem aliquando tibi contigerit periclitari, *periculum adire*, quære è bello salutem cum præclara gloria, sed non cum turpi fama. Nam mori quidem omnes fatum condemnavit: at honestè mori proprium bonis natura impertivit, *tribuit*. Aliter: Imprimis da operam, ut in tuto vivere queas: sed si quando tempus inciderit, ut pericula sint adeunda, incolumis è bello evadere stude cum laude & gloria,

non

non cum infamia & dedecore. Nam fatum omnes, quasi capitis condemnavit: sed honestè mortem oppetere, vel, mortem honestè oppetitam natura peculiare præstantium virorum munus esse voluit.

Phrases.

1. *Ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν.* Pro, *ζῆν ἀσφαλῶς, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ, ἐν εἰρήνῃ.* Vivere in tuto, in pace. Vitam agere sine metu periculi, &c. 2. *Ζητεῖν τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν.* Studere incolumem è bello evadere. 3. *Τὸ τεθνάναι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε.* Omnibus fatali necessitate, quasi latâ sententiâ moriendum est. Natura mortem omnibus proposuit. Cic. 4. *Ἀποθανεῖν καλῶς.* Honestè mori. Honestam oppetere mortem, &c.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων οὐ πρέπει σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἅμα τοῦ τε παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν, καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. Et ne miratus fueris, si multa dictorum non conveniunt tibi ad nunc præsentem ætatem. Neque enim me hoc latuit: sed constitui per eandem operam simul præsentisque vitæ consilium protulisse, & futuri temporis præceptum reliquisse. Aliter: Neque verò mirari debes multa ex iis, quæ diximus, isti ætati tuæ non convenire. Nam id me quoque non præteriit: sed propositum mihi fuit, unâ eademque operâ, & de præsenti vitæ ratione consilium promere, & quid imposterum tibi faciendum esset denunciare.

Phrases.

1. *Ἡ παροῦσα ἡλικία.* Ista ætas. Nam participium

pium παρὼν, παροῦσα, παρὸν sæpe variis junctum nominibus per pronomina redditur. 2. Ἐξενεγκεῖν τοῦ παρόντος βίου συμβουλίαν. Consilium promere de præsenti vitæ ratione. Consilium dare; monere quomodò nunc vita sit instituenda. 3. Τοῦ μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. Denunciare, præcipere, quid in posterum sit agendum, quomodò posthac vita sit instituenda.

Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, τὸν δὲ συμβουλεύοντα μετ' εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. Ὅπως οὖν τὰ λοιπὰ μὴ παρ' ἑτέρου ζητῇς, ἀλλὰ ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρῃς, ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν ὧν ἂν ἔχω σοι συμβουλεύειν. Nam horum quidem usum facilè scies, consulentem verò cum benevolentia difficilè invenies. Ut igitur reliqua non ab altero quæras, sed hinc velut è penu proferas, existimari oportere nihil reliquisse eorum, quæ haberem tibi consulere. Aliter: Nam usum quidem horum, vel quando & quomodò his utendum sit, facilè intelliges, fidelem autem & benevolum monitorem haud temerè invenies. Ne igitur cætera ex aliis tibi quærenda essent, sed ut hinc omnia velut è penu depromeres: nihil, quo tibi consulere possem, prætereundum esse duxi.

Phrases.

1. Ῥᾳδίως εἰδέναι τὴν τινὸς χρείαν. Facilè intelligere alicujus rei usum. 2. Εὑρίσκειν τὸν συμβουλεύοντα μετ' εὐνοίας. Invenire benevolum monitorem. 3. Ζητεῖν τὰ λοιπὰ παρ' ἑτέρου. Cætera quærere ex alio, aliunde. 4. Προφέρειν ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἐκ ταμιείου. Depromere hinc veluti è penu. 5. Ἔχω συμβουλεύειν. Consilium possum dare. Nam ἔχω variis infinitivis additum, loco δύναμαι usurpatur.

Πολλὴν δ' ἂν τῷ Θεῷ χάριν σχοίην, εἰ μὴ διαμάρτοιμι

μάρτοιμι

μάρτοιμι τῆς δόξης, ἣν ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τοὺς πλείστους εὑρήσομεν ὥσπερ τῶν σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, οὕτω καὶ τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζοντας, ἀλλ' οὐ τοῖς νουθετοῦσι. Σὲ δὲ νομίζω τοὐναντίον τούτων ἐγνωκέναι, τεκμηρίῳ χρώμενος τῇ περὶ τὴν ἄλλην σου παιδείαν φιλοπονίᾳ· τὸν γὰρ αὑτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν ἐπιτάττοντα, τοῦτον εἰκὸς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλοῦντας ἀποδέχεσθαι. Multam verò Deo gratiam habuerim, si non aberrârim, *deceptus fuerim* opinione, quam habens de te sum. Nam aliorum plurimos inveniemus, ut ciborum jucundissimis potiùs, quàm saluberrimis gaudentes; sic etiam amicorum *plurimos* unà *secum* peccantibus *se* applicantes, sed non monentibus. Te autem arbitror contrarium horum nôsse, *decrevisse*, argumento utens circa aliam tuâ disciplinam industriâ. Sibi enim optima facere imperantem, hunc verisimile *est* & aliorum ad virtutem adhortantes amplecti. Aliter: Magnas autem Deo gratias agam, si me spes de te concepta non fefellerit. Nam ut plerosque alios cibis jucundissimis potiùs quàm saluberrimis delectari; sic etiam ad eos sese amicos adjungere cernimus, qui unà delinquunt, non ad eos, qui vitia reprehendunt. Te verò contrarium statuisse existimo, argumento industriæ tuæ in aliis disciplinis adductus. Nam qui ipse sibi optima quæque imperavit, eum consentaneum est etiam alios ad virtutem exhortantes amplecti.

Phrases.

1. Πολλὴν τῷ Θεῷ χάριν ἔχειν. Immortales Deo gratias agere. Cic. 2. Διαμαρτάνειν τῆς δόξης. Decipi, falli opinione. 3. Ἔχειν τὴν περί τινος δόξαν. Habere, concipere spem de aliquo. 4. Χαίρειν τοῖς τῶν σιτίων ἡδίστοις. Delectari cibis jucundissimis.

dissimis. 5. Πλησιάζειν τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι. Adjungere se ad amicos, qui unà delinquunt, socii delictorum sunt. 6. Πλησιάζειν τῶν φίλων τοῖς νουθετοῦσι. Cum iis versari amicis, vel iis se adjungere amicis, qui vitia reprehendunt. 7. Χρῆσθαι τῷ τεκμηρίῳ. Uti, adduci argumento. Item, Conjecturam capere. 8. Ἡ περὶ τὴν παιδείαν φιλοπονία. Industria in disciplinis. Studium disciplinarum. Studiorum diligentia. 9. Ἐπιτάττειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν. Imperare sibi optima quæque. Supprimitur hic infinitivus *facere*, quia sententia fine eo est elegantior. 10. Ἀποδέχεσθαι τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλοῦντας. Amplecti eos, qui ad studium virtutis exhortantur, &c.

Μάλιστα δ' ἂν παροξυνθείης ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις, ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τούτων μάλιστα γνησίως ἔχομεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ ῥᾳθυμεῖν, καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾷν, εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι· τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν, καὶ σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν, αἰεὶ τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς, καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. κἀκεῖ μὲν πρῶτον ἡσθέντες ὕστερον ἐλυπήθημεν, ἐνταῦθα δὲ, μετὰ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. Maximè autem incitatus fueris appetivisse honestas res, si didiceris, quòd & voluptates ex his *natas*, vel quæ ex his *nascuntur* maximè sincerè, *pro sinceras* habemus. Nam in segnescendo & satietatem, *luxuriam* amando statim mœrores voluptatibus affixi sunt, *adhæserunt*; at circa virtutem laborare, & temperanter suam ipsius vitam instituere, semper delectationes sinceras & firmiores reddit. Et illic quidem primùm gavisi, postea mœsti fuimus, hic verò post molestias voluptates habemus. Aliter: Maximè autem ad studium honestarum rerum incitaberis, si animadvertes eas verissimarum voluptatum esse procreatrices. Nam in socordia quidem, luxuriæque amore, molestiæ

ſtatim voluptatibus adhæreſcunt. Virtutis autem ſtudium, & ſobrium vitæ inſtitutum ſemper oblectationes ſinceras atque etiam conſtantiores gignit. Nam illic principio gaviſi, poſt dolemus: hic poſt moleſtias voluptates capimus.

Phraſes.

1. Ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν ἔργων. Studere rebus honeſtis. Expetere gloriam rerum honeſtarum. 2. Παροξύνεσθαι τῶν καλῶν ἔργων. Incitari ad ſtudium rerum honeſtarum, &c. 3. Γνησίως ἔχειν τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τῶν καλῶν ἔργων. Sinceras, veriſſimas capere voluptates è rebus honeſtis. 4. Ἐν τῷ ῥαθυμεῖν. In ſocordia, deſidia, otio vitæ. 5. Ἐν τῷ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν. In luxuriæ amore. 6. Ἀγαπᾶν τὰς πλησμονάς. Sectari voluptates, &c. 7. Αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς ἀεὶ παραπεπήγασι. Voluptatibus ſemper dolores adhæreſcunt, miſcentur. 8. Τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν. Pro, ἡ φιλοπονία τῆς ἀρετῆς. Virtutis ſtudium. 9. Οἰκονομεῖν σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον. Vitam ſuam temperanter inſtituere. Temperanter vivere. Τὸ οἰκονομεῖν σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον. Pro, ἡ σώφρων τοῦ βίου οἰκονομία. Sobrium, prudens vitæ inſtitutum. 10. Ἀποδιδόναι τὰς τέρψεις. Gignere, procreare oblectationes. 11. Ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι. Gaudere & triſtari. Voluptate & dolore affici. 12. Ἔχειν τὰς ἡδονάς. Pro, ἥδεσθαι. Voluptates capere, &c.

Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἔργοις οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνομεν. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ δι᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα ποιοῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονοῦμεν. ἐνθυμοῦ δὲ, διότι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν· (εὐθὺς γὰρ τοῦ βίου τοιαύτην πεποίηνται τὴν ὑπόθεσιν) τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν, ἢ πολλοὺς ἔχειν

τοὺς

τοὺς ἐπιπλήττοντας. πάντες γὰρ μισοῦσιν οὐχ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φάσκοντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων διαφέροντας. Ἐικότως. ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνῳ ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἦ που τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττουμένους οὐ φαύλους εἶναι φήσομεν; δικαίως δ᾽ ἂν τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμεν, μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τύχης εἶναι προδότας. ἡ μὲν γὰρ αὐτοῖς χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλους ἐνεχείρισεν· οἱ δὲ, σφᾶς αὐτοὺς ἀναξίους τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν. εἰ δὲ δεῖ θνητὸν ὄντα τῆς τῶν θεῶν στοχάζεσθαι διανοίας, ἡγοῦμαι κἀκείνους ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι, πῶς ἔχουσι πρὸς τοὺς φαύλους, καὶ τοὺς σπουδαίους τῶν ἀνθρώπων. In omnibus autem rebus non sic principii meminimus, ut finis sensum capimus. Nam plurima eorum, quæ circa vitam *sunt* non propter ipsa negotia facimus, sed consequentium causâ elaboramus. Cogita autem, quòd improbis licet quævis agere: (statim enim vitæ tale fecerunt fundamentum) at bonis viris non licet virtutem negligere, vel multos habere increpantes. Omnes oderunt non tam peccantes, quàm æquos quidem dicentes *se* esse, nihil verò à quibusvis *vulgo* differentes: Jure. Cùm enim sermone solo mentientes reprobamus, an vitâ omni imminutos, non malos esse dicemus? Justè verò tales existimaverimus non solùm in se peccare, sed & fortunæ esse proditores: hæc enim ipsis pecunias, & gloriam, & amicos in manus dedit, hi verò se ipsos indignos præsenti fœlicitate constituerunt. Si verò oportet mortalem existentem Deorum conjecturâ colligere mentem, arbitror *me* & illos in proximis maximè declarâsse, quomodò se habent erga improbos & bonos hominum. Aliter: In omnibus autem rebus non tam principii meminisse solemus, quàm sensu finis affici. Nam pleraque in vita non propter res ipsas agimus, sed propter ea, quæ consequuntur

 elaboramus.

elaboramus. Illud autem cogites velim, plebeiis quidem hominibus quidvis licere: (nam tale statim initio vitæ suæ fundamentum jecerunt) bonis verò & honestis viris virtutem negligere non concessum esse: aut fieri certè non posse, quin à multis reprehendantur. Omnes enim non tam oderunt flagitiosos, quàm eos, qui virtutis professi studium, re nullâ vulgo antecellunt: nec id injuriâ. Nam cùm eos improbemus, qui verbis tantùm fallunt: quanto magis eos homines nequam dicemus, qui nullum in tota vita dignitatis suæ gradum retinuerunt? Ac ejus generis homines non in semet ipsos tantùm esse injurii, sed & fortunæ proditores rectè existimantur: quæ cùm eis & opes & gloriam & amicos in manus dederit, ipsi partâ fœlicitate indignos sese præbeant. Quòd si fas est mortali voluntatem Deorum conjecturis indagare: eos etiam in conjunctissimis potissimùm me demonstrâsse arbitror, quomodò & adversùs homines improbos, & erga bonos viros essent animati.

Phrases.

1. Μνημονεύειν τῆς ἀρχῆς. Meminisse principii. 2. Λαμβάνειν αἴσθησιν τῆς τελευτῆς. Affici finis sensu. Percipere finem sensu. 3. Ποιεῖν τὰ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον. Plurima agere in vita. 4. Διαπονεῖν τὰ πλεῖστα ἕνεκα τῶν ἀποβαινόντων. Elaborare plurima propter ea, quæ consequuntur. 5. Πράττειν τὰ τυχόντα. Quævis facere. Temerè omnia committere. 6. Τοιαύτην τοῦ βίου ποιεῖσθαι ὑπόθεσιν. Tale vivendi genus sibi proponere, &c. 7. Ἀμελεῖν τῆς ἀρετῆς. Negligere virtutem. 8. Πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας. Multos habere reprehensores. A multis reprehendi. 9. Μισεῖν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας. Odisse flagitiosos. 10. Μισεῖν τοὺς ἐπιεικεῖς φάσκοντας

τῆς εἶναι. Odisse eos, qui se virtutis studiosos esse jactitant, vel qui virtutis studium profitentur. 11. Ψεύδεσθαι τῷ λόγῳ μόνῳ. Verbis tantùm fallere. 12. Ἀποδοκιμάζειν τοὺς τῷ λόγῳ ψευδομένους. Improbare eos, qui verbis mentiuntur, fallunt. 13. Ἐλαττοῦσθαι παντὶ τῷ βίῳ. In tota vita deteriori conditione esse: Nullum dignitatis gradum retinere. 14. Φάσκειν τινὰ φαῦλον εἶναι. Dicere aliquem hominem esse nequam. 15. Ὑπολαμβάνειν τινὰ εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτάνειν. Existimare aliquem in se ipsum esse injurium. 16. Ἐγχειρίζειν τινὶ χρήματα, καὶ δόξαν, καὶ φίλους. In manus dare alicui opes, gloriam & amicos. 17. Καθιστάναι ἑαυτὸν ἀνάξιον τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας. Indignum se præbere partâ fœlicitate. 18. Δηλοῦν τινα ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις. Demonstrare aliquem in conjunctissimis. 19. Πῶς ἔχει πρὸς τοὺς φαύλους; Quo animo, quâ mente, quâ voluntate est in malos?

Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας (ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι,) τὸν μὲν, διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε· τὸν δὲ, διὰ τὴν κακίαν ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν· οἷς χρὴ παραδείγμασι χρωμένους, ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας· καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγιγνώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν, ἐφ᾽ ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ᾽ ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν. Jupiter enim Herculem & Tantalum cum procreâsset, (ut fabulæ aiunt, & omnes credunt,) illum quidem propter virtutem immortalem fecit: hunc verò propter malitiam maximis suppliciis punivit. Quibus oportet exemplis utentes

expetere

expetere honestatem & probitatem; & non solùm à nobis dictis insistere, sed & Poëtarum optima quæque discere, & aliorum sapientum, si quid utile dixerunt, legere. Quemadmodum enim apem videmus super omnes flores sedentem, ab unoquoque verò utilia accipientem: sic oportet & eruditionis appetentes, nullius quidem expertes *se* habere, undecunque verò utilia colligere. Vix enim quis ex hac diligentiâ naturæ peccata superaverit. Aliter: Nam cùm Jupiter, (ut arcanæ literæ tradunt, & omnes credunt) Herculem Tantalumque genuisset, alterum ob virtutem immortalitate donavit, alterum propter improbitatem maximis suppliciis affecit. Decet igitur in hæc exempla intuentes, virtutis & honestatis flagrare desiderio: nec ea servare duntaxat, quæ nos diximus, sed & Poëtarum optimæ sententiæ discendæ, & quæ alii viri sapientes utiliter præcepêre legenda sunt. Nam ut apes omnibus quidem insidere flosculis, de singulis autem utiliâ carpere videmus: sic eruditionis etiam comparandæ studiosos nullius rei esse rudes, sed undique utilia colligere decet. Vix enim hâc ipsâ diligentiâ naturæ nostræ pravitatem superabimus.

Phrases.

1. Ποιεῖν τινα ἀθάνατον. Immortalitate aliquem donare. 2. Κολάζειν τινὰ ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις. Maximis aliquem afficere suppliciis. 3. Ἐμμένειν τοῖς ὑπό τινος εἰρημένοις. Observare alicujus dicta. Servare ea, quæ ab aliquo dicta sunt. 4. Μανθάνειν τὰ βέλτιστα τῶν ποιητῶν. Optima quæque Poëtarum discere. 5. Εἰρηκέναι τι χρήσιμον. Dicere aliquid utile. Utiliter aliquid præcipere. 6. Ἀναγιγνώσκειν τι χρήσιμον. Legere aliquid utile. 7. Καθιζάνειν ἐπὶ τὰ βλαστήματα. Insidere flosculis. 8. Λαμβάνειν

τὰ χρήσιμα ἀφ᾽ ἑκάστου, scil. βλαστήματος: Utilia carpere de singulis flosculis. 9. Μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν. Nullius rei rudem esse. 10. Συλλέγειν τὰ χρήσιμα. Utilia quæque colligere. 11. Ἐπικρατεῖν τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας. Superare naturæ pravitatem, &c.

FINIS.



ἸΣΟΚΡΆΤΟΥΣ ΠΡΌΣ ΝΙΚΟΚΛΈΑ

περὶ βασιλείας λόγος δεύτερος.

ISOCRATIS AD NICOCLEM DE REGNO ORATIO II.

ΟΙ μὲν εἰωθότες ὦ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐσθῆτας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων χρημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε· λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς, οὐ δόσιν, ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν. ἐγὼ δ' ἡγησαίμην ἂν ταύτην καλλίστην ἔσεσθαι δωρεὰν καὶ χρησιμωτάτην, καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος, καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμενος ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν βασιλείαν διοικοίης.

δωρεᾶς. Qui quidem soliti ô Nicocles vobis Regibus vestes adducere, vel aurum factum, vel aliud quid talium rerum, quarum ipsi egeni sunt, vos verò divites estis: Nimis visi sunt esse mihi manifesti, non donum sed mercaturam facientes, & multò artificiosiùs ea vendentes, fatentibus se cauponari. Ego verò existimaverim hoc pulcherrimum fuisse donum & utilissimum, & maximè conveniens mihique dedisse & tibi accepisse, si potuerim definivisse, qualia studia expetens, & quibus factis abstinens optimè & civitatem, & regnum administres. Aliter: Qui vobis Regibus, Nicocles, advehere vestes solent, aut æs, aut aurum elaboratum, aut aliquid aliud ejus generis, quo & ipsi egent, & vos abundatis: hos, ut mihi quidem videtur, plus satis apparet, non largitionem facere, sed mercaturam, suasque res multò callidiùs vendere, quàm eos, qui ex professo cauponantur. Ego verò existimavi hoc pulcherrimum fore munus ac utilissimum, idemque & mihi danti & tibi accipienti aptissimum, si describere possem, quibus officiis præstandis, & quibus rebus fugiendis optimè & civitatem & regnum administraturus esses.

N. B. Hîc jam non quoad singula, sed quoad præcipua & difficiliora Phrases & Sententias expectabis verba.

Phrases.

1. Ἐργάζεσθαι τὸν χρυσὸν ἢ χαλκόν. Facere aurum aut æs. 2. Ἐνδεῖν εἶναι vel ἐνδεῖσθαι τοιούτων χρημάτων. Egere ejusmodi rebus. 3. Πλουτεῖν τοιούτων χρημάτων. Talibus abundare rebus. 4. Δοκεῖν λίαν καταφανῆ εἶναι. Videri valde manifestum esse: Plus satis apparere. 5. Ποιεῖν δόσιν ἢ ἐμπορίαν. Facere largitionem aut mercaturam. Largiri vel mercari. 6. Πολὺ τεχνικώτερον τι πωλεῖν. Longè callidiùs aliquid

aliquid vendere: 7. Ὁμολογεῖν καπηλεύειν. Profiteri se cauponari. Ex professo cauponari. 8. Διδόναι καὶ λαμβάνειν τὴν δωρεάν. Dare & accipere munus; 9. Ὀξέγεσθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων. Præstare officia; 10. Διοικεῖν τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν. Administrare Civitatem & Regnum. Præesse Civitati & Regno.

Τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα, καὶ μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. Ἔπειθ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν· ἔτι δ' ἡ παρρησία, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι τῶν ἀλλήλων ἁμαρτίαις· πρὸς δὲ τούτοις, τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν. ὥστ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γενέσθαι. τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' οὓς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν· οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι.
Nam privatos sunt multa docentia, & maximè quidem non deliciari, *non luxuriosè vivere*, sed cogi de victu per quamlibet certare diem. Deinde leges, secundum quas singuli degentes sunt. Etiam verò libertas, & apertè licere amicosque reprehendere, & inimicis imminere, *insidiari* alterius invicem peccatis. Ad verò hæc, *præterea* quidam Poëtarum veterum præcepta, quemadmodum oporteat vivere, reliquerunt. Itaque ex omnibus his consentaneum est ipsos meliores fieri. At Tyrannis nihil est tale, sed quos magis oportebat aliis institui, postquam in principatu constituti fuerint, sine admonitione vitam finiunt. Nam plurimi hominum ipsis non appropinquant: at unà agentes *cum iis* ad gratiam conversantur. Alter: Nam privatos quidem homines permulta

multa sunt, quæ condiant: atque imprimis vita expers deliciarum, & quotidiana de parando victu quasi dimicandi necessitas. Deinde leges, quibus in suis quisque civitatibus reguntur: Præterea libertas illa, quâ palàm & amicis objurgare, & inimicis exagitare licet delicta mutua. Denique Poëtæ quidam veteres præcepta de vivendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus consentaneum est, eos fieri meliores. Tyrannis autem nihil ejusmodi contingit, sed quos omnium maximè institui conveniebat, hi mox suscepto principatu sine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus: qui verò familiariter vivunt cum eis, hi ad gratiam & dicunt, & faciunt omnia.

Phrases.

1. Παιδεύειν τοὺ ἰδιώτας. Erudire privatos homines. 2. Τὸ μὴ τρυφᾶν. Vita deliciarum expers. 3. Ἀναγκάζεσθαι ἀγωνίζεσθαι. Pro, τὸ ἀναγκάζεσθαι τῦ ἀγωνίζεσθαι. (Nam uterque articulus hic in Authore dissimulatur.) Necessitas dimicandi. Quia, 1. infinitivi cum articulis expressis aut implicitis ponuntur pro nomine in omni casu. 2. Quia Græci infinitivis cum articulo expresso vel dissimulato genitivi casûs eo loco utantur, quo Latini Gerundiis in di. 4. Ἀγωνίζεσθαι περὶ τῦ βίυ. Dimicare de victu parando. 5. Καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν. Singulis diebus. Quotidie. Exponitur etiam per adjectivum quotidianus, a, um; cùm ei substantivum sine suo adjectivo adjungitur: ut, Τὸ ἀναγκάζεσθαι καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν. Necessitas quotidana. 6. Πολιτευόμενον τυγχάνειν, seu πολιτεύεσθαι κτ̀ τοὺ νόμυς. Legibus regi in civitate. Ex præscripto legum vivere. 7. Τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς φίλοις ἐπιπλῆξαι. Pro, ἡ φανερὰ ἐξυσία τῦ τοῖς φίλοις ἐπιπλῆξαι. Manifesta

festa licentia amicos objurgandi. Libertas palam amicos objurgandi; seu, libertas illa qua licet palam amicos objurgare. 8. Ἐπιθέσθαι ταῖς τῶν ἄλλων ἁμαρτίαις. Exagitare aliorum peccata. 9. Καταλείπειν ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν. Relinquere præcepta de ratione vivendi, vel, quomodò vivendum sit. 10. Τὰς τυράννους μᾶλλον δεῖ τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι. Principes maximè omnium convenit institui. 11. Ἀνουθέτητον διατελεῖν. Sine ullis monitoribus ætatem exigere. 12. Οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων τοῖς τυράννοις οὐ πλησιάζουσι. Paucis hominum ad Principes patet aditus. 13. Συνεῖναι τοῖς τυράννοις. Versari, familiariter vivere cum Principibus. 14. Ὁμιλεῖν πρὸς χάριν. Ad gratiam versari. Ad gratiam omnia & dicere, & facere.

Καὶ γάρ τοι κύριοι γενόμενοι, καὶ χρημάτων πλείστων, καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς πεποιήκασιν, ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν βίον, τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μὲν, ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ τὸν τῶν τυραννευόντων. Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, καὶ τοὺς πλούτους, καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέους ἅπαντας νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας. ἐπειδὰν δὲ ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ διεξιόντες ὁρῶσι, τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν διεφθαρμένους, τοὺς δ' εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους, τοῖς δ' ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα· πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν. Etenim quidem domini facti & pecuniarum plurimarum, & rerum maximarum, per non bene uti his occasionibus, fecerunt, ut multi dubitent, utrùm sit dignum eligere vitam, quæ privatorum *est* quidem, justè autem agentium, vel quæ regnantium *est*. Cùm quidem enim respexerint ad honores, & divitias, & principatus, æquales Diis omnes arbitrantur eos, qui

qui in monarchiis sunt *constituti* : postquam verò considerarint terrores & motus, & differentes invenerint alios quidem, à quibus minimè oportebat interfectos, alios verò in proximos peccare coactos; aliis verò, utraque hæc contigisse : rursus quocunque modo vivere existimant conducere magis, quàm cum talibus calamitatibus universæ Asiæ dominari. Aliter : Itaque amplissimâ pecuniâ & maximâ potentiâ potiti, facultatibus his non rectè utendo effecerunt, ut multi in dubium vocent, sitne privatorum quidem hominum, sed moderatè se gerentium, potiùs expetenda vita, quàm Tyrannorum. Nam cùm honores eorum & divitias & imperia intuentur, omnes eos Diis similes esse censent, qui soli rerum potiuntur. Cùm verò timores & pericula considerant, memoriâque repetentes vident, alios à quibus minimè decebat interemptos, alios erga suos conjunctissimos delinquere coactos, aliis utrumque accidisse : rursus quovis modo vivere meliùs esse putant, quàm in hujusmodi calamitatibus vel universæ Asiæ dominari.

Phrases.

1. Κύειον γίνεϑς τ̃ χρημάτων πλείςων ϰ̀ πραγμάτων μεγίςων. Potiri amplissimâ pecuniâ & maximâ potentiâ. 2. Ἐπιεικῶς πράτ]ειν. Moderatè se gerere. 3. Ἀποβλέπειν εἰς τὰς τιμὰς ϰ̀ τὰς δυναςείας. Intueri honores & imperia. 4. Νομίζειν τινὰ ἰσόϑεον εἶ). Censere aliquem Deo similem esse. 5. Ἐνϑυμεῖϑς τοὺς φόβους ϰ̀ τοὺς κινδύνους. Considerare timores & pericula. 6. Διαφϑείρεϑς ὑπό τιν۞. Interfici ab aliquo. 7. Διεξιέναι, à διέξειμι. Considerare, ratiocinari, memoriâ repetere. 8. Ἀναγκάζεϑς εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτάνειν. Cogi peccare, impelli ad peccandum in conjunctissimos. 9. Ὁπωσοῦν ζῆν. Quovis modo vivere. 10. Βασιλεύειν τ̃ Ἀσίας. Dominari Asiæ.

Ταύτης

Ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ πλείστης προνοίας δεόμενον. καθ᾽ ἑκάστην μὲν οὖν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο κατὰ τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν τῶν ἀεὶ παρόντων ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν. καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν χρὴ στοχάζεσθαι, καὶ περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. Hujus verò inæqualitatis & perturbationis causa est, quod regnum veluti sacerdotium cujusvis viri esse putant, quod humanorum rerum maximum est, & majoris providentiæ indigens. Quoad quamlibet igitur actionem, ex quibus, *quomodo* quis maximè possit juxta modum, *rectè* administrare *civitatem & regnum*, & bona conservare, calamitates autem effugere, semper præsentium opus est consilium dare. In universum autem studiorum, pro studia, *ad* quæ oportet collimare, & in quibus oportet versari, ego conabor percurrere. Aliter: Est autem hujus diversitatis & confusionis causa hæc: quod regnum tanquam sacerdotium cujuslibet hominis esse arbitrentur: quod summum est rerum humanarum, majoremque providentiam postulat. Ac singulatim quidem quo pacto rectissimè res administrari, utque & bona conservari, & mala caveri possint, eorum munus est consulere, qui tibi semper adsunt. Generatim autem, quæ studia tanquam meta tibi proposita esse debeant, & quibus in rebus versandum sit, ego recensere conabor,

Phrases.

1. Δεῖσθαι τῆς προνοίας. Requirere, postulare providentiam. 2. Συμβουλεύειν καθ᾽ ἑκάστην πρᾶξιν. Id est, ἐν ἑκάστῃ πράξει, scil. ἐκεῖνα ἢ ταῦτα,

πάντα, ἐξ ὧν ἂν ἢ δι᾽ ὧν. Consulere in singulis rebus ea, per quae, &c. 3. Ἐξ ὧν, saepe sumi potest adverbialiter pro ὅπως vel τίνα τρόπον. Quomodo, quo pacto, &c. 4. Κατὰ τρόπον. Recte, μάλιστα κατὰ τρόπον. Rectissime. 5. Καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, &c. Pro, καθόλου δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα, ὧν χρὴ περιέχεσθαι, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. Est antiptosis, genitivus enim τῶν ἐπιτηδευμάτων pro accusativo τὰ ἐπιτηδεύματα ponitur. Nam saepe antecedens casum relativi imitatur. 6. Στοχάζεσθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων, Studia sibi, tanquam scopum, proposita habere.

Εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδειχθέντα, πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τό γε ἐγχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνους ὠφελοῦσιν. εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ᾽ ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν. An igitur erit hoc donum elaboratum dignum argumento, difficile ab initio perspicere. Multa enim & dimensorum poëmatum, & prosâ oratione scriptorum adhuc quidem in mentibus existentia componentium, magnas expectationes praebuerunt, perfecta verò & aliis ostensa multò inferiorem gloriam spe acceperunt. Verùm tamen inceptum bene habet, quaerere praetermissa, & leges ponere regnis. Nam privatos homines instituentes, illos solos juvant: si verò quis eos, qui potiuntur multitudinis,

multitudinis, ad virtutem excitaverit, utrosque juverit, & principatus habentes, & sub ipsis existentes: illis quidem enim imperia tutiora, his verò administrationes mansuetiores fecerit. Aliter: Utrùm verò donum hoc argumenti dignitati, cùm absolutum fuerit, sit responsurum, ab initio facilè perspici non potest. Multa enim & numeris devincta poëmata, & solutâ oratione conscripti libri, dum adhuc in mentibus authorum inclusa tenerentur, magnam sui expectationem concitârunt; sed perfecta tandem, & aliis ostensa, longè tenuiorem, quàm pro conceptâ spe, gloriam consecuta sunt. Sed tamen conatus ipse præclarus est, ab aliis prætermissa conquirendi, & regnis veluti leges præscribendi. Nam qui privatos homines instituunt; hi solis illis prosunt. Si quis verò populi dominos ad virtutem excitârit, is utrisque commodaverit, tum iis qui imperant, tum iis qui parent imperio: quòd & illis principatus tutiores, & his Respublicas leniores effecerit.

Phrases.

1. Συνιδεῖναι τι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Perspicere aliquid ab initio. 2. Πολλὰ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων. Multi libri solutâ oratione conscripti. 3. Παρέχειν μεγάλας τὰς προσδοκίας. Concitare magnas expectationes. 4. Λαμβάνειν τὴν δόξαν. Consequi gloriam. 5. Ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας μόνους. Solis prodesse privatis hominibus. 6. Κρατεῖν τοῦ πλήθους. Dominari populo. Dominum esse populi, &c. 7. Προτρέπειν τινὰ ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Excitare aliquem ad virtutem. 8. Ἔχειν τὰς δυναστείας. Imperare. 9. Ὑπὸ τῆς δυναστείας εἶναι. Parere imperio. 10. Ποιεῖν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας. Imperia reddere tutiora, &c.

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, τί τῶν βασιλευόντων ἔργον ἐστίν. ἐὰν γὰρ τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος καλῶς περιλάβωμεν· ἐνταῦθα ἀποβλέποντες, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἐροῦμεν. Οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι προσήκειν αὐτοῖς πόλιν τε δυστυχοῦσαν παῦσαι, καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι. Τὰ γὰρ ἄλλα, τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμπίπτοντα, τούτων ἕνεκα πρακτέον ἐστί. Primum quidem igitur videndum, quid regnantium opus est. Si enim caput & vim totius rei bene assumpserimus, huc intuentes, melius & de aliis partibus dicemus. Arbitror quidem omnes confessos esse convenire ipsis civitatemque infœliciter agentem sedasse, *liberâsse*, & bene agentem conservâsse, & magnam è parva fecisse. Nam alia per quamlibet diem incidentia horum causâ faciendum est, vel facienda sunt. Aliter: Primùm igitur considerandum est, quodnam sit Regum officium. Nam si caput, atque id, in quo totius rei vis est, probè constituerimus; in ea intuentes, meliùs de cæteris quoque partibus dicturi sumus. Arbitror equidem constare inter omnes, convenire eis, ut civitatem è calamitatibus liberent, & res ejus secundas tueantur, & ipsam è parva magnam efficiant. Nam cætera, quæ quotidie incidunt, horum causâ fieri debent.

Phrases.

1. Παραλαμβάνειν καλῶς τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος. Constituere id probè, in quo totius rei vis consistit. 2. Παῦσαι pro παύειν τὴν πόλιν, τὴν δυστυχοῦσαν. Liberare civitatem è calamitatibus. 3. Διαφυλάττειν τὴν πόλιν τὴν καλῶς πράττουσαν. Tueri civitatis res secundas. 4. Τὰ ἄλλα ἕνεκα τούτων πρακτέον ἐστί. Cætera horum causâ facienda sunt, &c.

Kal

Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνησομένους, καὶ περὶ τούτων βουλευσομένους μὴ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων. δέδεικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας ἕξουσι τὰς βασιλείας, οἵασπερ ἂν τὰς αὑτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. Ὥστε οὐδενὶ τῶν ἀθλητῶν οὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς βασιλεῦσι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν. Ἅπασαι γὰρ αἱ πανηγύρεις οὐδὲν μέρος τούτων τῶν ἄθλων, ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν. ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως ὅσονπερ ταῖς τιμαῖς τῶν ἄλλων προέχεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις. Καὶ μὴ νόμιζε τὴν ἐπιμέλειαν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ βελτίους ἡμᾶς καὶ φρονιμωτέρους γίνεσθαι μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν· μηδὲ καταγνῷς τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην δυστυχίαν, ὡς περὶ μὲν τὰ θηρία τέχνας εὑρήκαμεν, αἷς αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἡμεροῦμεν καὶ πλείονος ἀξίας ποιοῦμεν, ἡμᾶς δ' αὐτοὺς οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὰς ὠφελήσαιμεν. Illud verò manifestum, quòd oportet eos qui hæc poterunt, & de his deliberaturi sunt non segnes esse, sed prospicere, ut prudentiùs aliis affecti sint. Ostensum est enim, quòd talia habebunt regna, quales suas mentes comparaverint, *effecerint*. Quamobrem nulli pugilum sic convenit corpus exercere, ut regibus mentem suam. Omnes enim hæ celebritates nullam partem constituunt horum præmiorum, pro quibus vos per quemlibet certatis diem: Quæ cogitantem oportet adhibere mentem, ut quantùm honoribus aliis præstas, tantùm & virtutibus ipsos excellas. Et ne existima diligentiam quidem in aliis rebus utilem esse, ad meliores verò nos & prudentiores fieri, nullam habere vim. Neque condemnes hominum tantam infœlicitatem, ut circa feras quidem artes invenimus, quibus ipsarum animos cicuramus, & pluris, *majoris* dignitatis facimus, nos verò ipsos nihil ad

ad virtutem juverimus. Aliter: Illud autem perspicuum est, oportere eos, in quibus hæc facultas esse debeat, & qui his de rebus deliberaturi sint, non socordiæ sese dare: sed providere, ut sint aliis longè prudentiores. Constat enim quemadmodum ipsi suos animos excoluerint, ita etiam eorum regna se esse habitura. Quare nulli pugili ita convenit corpus exercere, quàm regibus ingenium suum. Nam celebritates ludorum universæ nullam partem constituunt eorum præmiorum, pro quibus vos quotidie decertatis. Hæc igitur considerantem operam dare te decet, ut quantùm alios dignitate superas, tantùm etiam virtute illis antecellas. Neque verò putabis curam & studium in aliis prodesse rebus, ad augendam autem virtutem nostram & prudentiam nihil habere virium, neque tantæ infœlicitatis homines condemnabis, ut cùm artes quasdam ad cicurandas bestias & animos earum excolendos invenerimus, ipsi nobis ad virtutem nihil afferre adjumenti queamus.

Phrases.

1. Οὐδὲν τιθέναι μέρος τῶν ἄθλων. Nullam constituere partem præmiorum. 2. Ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ τῶν ἄθλων. Certare pro præmio. 3. Περιέχειν τῆς τιμαῖς τῶν ἄλλων. Superare alios dignitate. 5. Διαφέρειν τῆ ἀρεταῖς τῶν ἄλλων. Antecellere aliis virtute. 6. Ἡ ἐπιμέλεια μεγάλην ἔχει δύναμιν πρὸς τὸ βελτίους ἡμᾶς καὶ φρονιμωτέρους γίνεσθαι. Magnam vim habet studium, ut meliores & prudentiores simus, vel ad augendam virtutem & prudentiam nostram. 7. Καταγινώσκειν τῶν ἀνθρώπων τὴν δυστυχίαν. Condemnare homines infœlicitatis. 8. Ἡμεροῦν καὶ πλείονος ἀξίας ποιεῖν τὰς τῶν θηρίων ψυχάς. Cicurare & excolere animos ferarum. Ὠφελεῖν τινα πρὸς ἀρετήν. Adjumentum afferre alicui ad virtutem.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὡς καὶ τῆς παιδείας, καὶ τῆς ἐπιμελείας μάλιστα δυναμένης τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εὐεργετεῖν, οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην, καὶ τῶν τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε, καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἂν δύνῃ μεταπέμπου. Καὶ μήτε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκιμούντων, μήτε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἴου δεῖν ἀπείρως ἔχειν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίνου, τῶν δὲ μαθητής, καὶ παρασκεύαζε σαυτὸν, τῶν μὲν ἐλαττόνων κριτὴν, τῶν δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστήν. Διὰ γὰρ τούτων τῶν γυμνασίων, τάχιστ' ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι τὸν ὀρθῶς βασιλεύσοντα, καὶ τὴν πόλιν ὡς χρὴ διοικήσοντα. Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο, τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν, καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν. Ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρρωμενεστέρως τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν σαυτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις. Sed quod & institutione, & diligentiâ possit animus noster adjuvari, ita affectus esto animum, *pro animo*, & præsentium prudentissimis te applica, & aliorum quos possis, accerse, & neque Poëtarum bene audientium, neque Philosophorum cujusquam puta oportere imperitè habere, sed illorum quidem auditor esto, horum verò discipulus; & para teipsum minorum quidem judicem, at majorum æmulum. Per hæc enim exercitia celerrimè fueris talis, qualem supposuimus oportere esse rectè regnaturum, & civitatem, ut decet administraturum. Maximè verò à teipso admonitus fueris, si grave existimaveris deteriores melioribus imperare, & stolidiores prudentioribus mandare. Quantò verò vehementiùs aliorum amentiam despexeris, tantò magis tuam ipsius mentem exercebis. Aliter: Illud potiùs tibi persuadeas, quòd institutione & curâ cum primis animus noster queat adjuvari. Itaque tum domesticorum prudentissimis familiariter utere, tum exterorum quoscunque poteris accersito; tum celebrium

Poëtarum, & Rhetorum omnium periculum tibi esse faciendum, persuasum habeto: ac illorum quidem auditor esto, horum autem discipulus: itaque te para, ut & minorum sis judex, & majorum æmulator. Nam his exercitationibus celerrime talis fies, qualem esse nos oportere proposuimus eum, qui recte sit regno præfuturus, & urbem, ita ut decet, gubernaturus. Sic verò ipse te maxime cohortabere, si absurdum esse duxeris deteriores præstantioribus dominari, & stolidiores prudentioribus imperare. Nam quò vehementiùs aliorum inscitiam despexeris, eò diligentiùs ingenium tuum exercebis.

Phrases.

1. Οὕτω διάκεισθαι τὴν γνώμην. Ita sentire, velle. Hoc sibi persuadere. 2. Πλησιάζειν τοῖς φρονιμωτάτοις. Familiariter uti prudentissimis. 3. Ἀπείρως ἔχειν τῶν ποιητῶν καὶ τῶν σοφιστῶν. Ignarum esse Poëtarum & Rhetorum. 4. Ὀρθῶς βασιλεύειν. Rectè præesse Regno. 5. Διοικεῖν τὴν πόλιν. Administrare urbem, civitatem.

Ἄρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν χρὴ τοὺς μέλλοντάς τι ποιήσειν τῶν δεόντων. Πρὸς δὲ τούτοις φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν. Οὔτε γὰρ ἵππων, οὔτε κυνῶν, οὔτε ἀνθρώπων, οὔτε ἄλλου πράγματος οὐδενὸς οἷόν τε καλῶς ἄρχειν, ἢν μή τις χαίρῃ τούτοις, ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν· γινώσκων, ὅτι καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν αὗται πλεῖστον χρόνον διαμένουσιν, αἵτινες ἂν ἄριστα τὸ πλῆθος θεραπεύωσι. Καλῶς δὲ δημαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενον περιορᾷς· ἀλλὰ σκοπῇς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδικηθήσονται. Ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρηστῆς πολιτείας ἐστί. In-

cipere

cipere quidem igitur inde oportet futuros quid facere, *pro facturos quid* decentium. Ad hæc verò amantem hominum esse oportet, & amantem civitatis. Neque enim equis, neque canibus, neque viris, neque alii rei cuiquam potest bene imperare, si non quis gaudeat his, quorum ipsum oportet facere curationem. Cura tibi sit populi, & per omne vel per omnia facito gratè ipsis imperare, sciens quòd & oligarchiarum & cæterarum gubernationum hæ plurimum tempus permanent, quæ optimè populum coluerint. Bene autem populum reges, si neque turbam injuriam facere finas, neque injuriâ affectam (scil. turbam) contemnas, *deseras*: sed prospicias, ut optimi quidem honores habebunt, *pro habeant*, alii verò nihil lædentur, *pro lædantur*. (Nam *ut* causalis conjunctivum postulat apud Latinos.) Aliter: Hinc igitur eos auspicari decet, qui fungi officio volent: Præterea te & hominum & Civitatis amantem esse convenit. Nec enim fieri potest, ut vel equis, vel canibus, vel hominibus, vel ulli denique rei quisquam rectè præsit, nisi delectetur iis, quorum ei mandata est curatio. Populus curæ tibi sit, & omnia in eo posita esse putato, ut is imperio tuo delectetur. Notum enim est, & oligarchias, & cætera imperia eò diuturniora esse, quò diligentiùs populum coluerint. Sic autem bene imperabis, si neque vulgi petulantiæ locum dederis, neque alios populo insultare passus fueris: sed provideris, ut & honores optimo cuique mandentur, & cæteri nullis injuriis afficiantur. Hæc enim elementa prima & maxima sunt reipublicæ bene constitutæ.

Phrases.

1. Ποιεῖν τι τῶν δεόντων. Fungi aliquo officio. Administrare aliquod munus. 2. Ἄρχειν τῶν ἀνδρῶν. Præesse, imperare hominibus. 3. Ποιεῖσθαι τινος τὴν ὅτιν;

ἐπιμέλεσθαι. Curare rem aliquam. Curationem suscipere alicujus rei. 4. Περὶ παντὸς τι ποιεῖν. Desudare in aliqua re omni studio. Summa ope niti in aliqua re, &c. 5. Διαμένειν πλεῖστον χρόνον. Longissimo tempore durare. Item, Diururnius vel diuturniorem esse. 6. Ἐᾶν τὸν ὄχλον ὑβρίζειν. Sinere, pati populum injuriam facere. Vulgi licentiæ frænos laxare. Populi petulantiæ locum dare. 7. Ἔχειν τὰς τιμάς. Præditum esse dignitate. Fungi munere, &c. 8. Ἀδικεῖσθαι μηδέν. In nulla re injuriâ affici. Nullâ injuriâ affici, &c.

Τῶν προςαγμάτων, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, κίνει καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα· καὶ μάλιστα μὲν εὑρετὴς γίνου τῶν βελτίστων· εἰ δὲ μὴ, μιμοῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. Ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, πρὸς δὲ τούτοις, οἵτινες τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ διαλύσεις ὡς δυνατὸν ταχίστας τοῖς πολίταις ποιήσουσι. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα προσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθύμως ἔχωσι. Edictorum & institutorum move & transpone non bene constituta: & maximè quidem inventor esto optimorum: si verò non, imitare apud alios bene babentia. Quære leges quidem in universum justas & conducibiles, & sibi ipsis consentientes: ad hæc verò, quæ controversias quàm paucissimas, at dissolutiones, compositiones quàm fieri potest celerrimas civibus facient. Hæc enim omnia inesse oportet bene statutis legibus. Negotiationes ipsis constitue lucrosas, actiones verò *forenses* damnosas: ut has quidem fugiant, erga illas verò cupidè habeant. Aliter: Edicta & instituta vitiosa loco move & muta: operamque in primis dato, ut optimorum sis inventor: sed si fieri nequit, imitare, quæ apud alios recte

rectè se habent. Leges quære in universum æquas & utiles & inter se consentientes: atque etiam tales, quæ & controversias civium quàm paucissimas, & compositiones, quàm fieri potest, celerrimas efficiant. Hæc enim oportet inesse omnia legibus bene constitutis. Effice eis negotiationes lucrosas, lites detrimentosas, ut has fugiant, illas appetant.

Phrases.

1. Μετατιθέναι τῶν προσταγμάτων τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα. Mutare edicta vitiosa. 2. Μιμεῖσθαι τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. Imitari ea, quæ apud alios bene se habent. 3. Ποιεῖν τὰς ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας. Efficere controversias quàm paucissimas. 4. Καθιστάναι τὰς ἐργασίας τοῖς πολίταις κερδαλέας. Negotiationes efficere civibus lucrosas. 5. Φεύγειν τὰς πραγματείας. Fugere lites. Abhorrere, alienum esse à litibus. 6. Προθύμως ἔχειν πρὸς τὰς διαλύσεις. Appetere compositiones, scil. litium.

Τὰς κρίσεις ποιοῦ, περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γίνωσκε. Καὶ γὰρ πρέπει, καὶ συμφέρει τὴν τῶν βασιλέων γνώμην ἀμετακινήτως ἔχειν περὶ τῶν δικαίων, ὥσπερ τοὺς νόμους, τοὺς καλῶς κειμένους. Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως, ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, ταῖς μὲν παρασκευαῖς λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς, ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς, ἵν' εὐδοκιμῇς ἅμα, καὶ διαρκῇς. Judicia facito, de quibus inter se contendant, non ad gratiam, neque contraria aliis alia: sed semper eadem de iisdem cognosce, *judica*. Etenim decet & confert Regum sententiam immobiliter habere de justis, quemadmodùm leges rectè statutas. Administra civitatem similiter ut paternam domum, apparatibus splendidè & regiè, exactionibus, *vectiga-*

N *libus*

libus accuratè : Ut bene audias simul & sufficias; *sumptibus ne exhauriaris.* Aliter : De controversiis eorum sententias neque ad gratiam ferto, neque inter se contrarias, sed de iisdem quidem rebus semper eadem decernito. Etenim & decet, & expedit Regum de jure decreta esse immutabilia, ut probatas leges. Urbem eodem modo, quo paternam domum administra, apparatu splendido & regali, ratione vectigalium accuratâ : Ut simul & illustri laude celebreris, & sumptus tolerare possis.

Phrases.

1. Ποιεῖν τὰς κρίσεις. Sententias ferre. Judicare. 2. Γινώσκειν ἀεὶ ταὐτά. Semper eadem decernere. 3. Πρέπει τὴν τῶν βασιλέων γνώμην ἀμετακινήτως ἔχειν. Pro, ἀμετακίνητον εἶναι. Regum decreta decet esse immutabilia. 4. Διοικεῖν τὴν πόλιν ταῖς πράξεσιν ἀκριβῶς. Administrare urbem accuratâ vectigalium ratione. 5. Διαρκεῖν. Sumptibus non exhauriri. Sumptus tolerare posse.

Τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν, τῶν εὐθὺς ἀφανιζομένων, ἀλλ' ἔν τε τοῖς προειρημένοις καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, καὶ ταῖς τῶν φίλων εὐεργεσίαις. Τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀναλωμάτων αὐτῷ τέ σοι παραμενεῖ, καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις πλέονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων καταλείψεις. Magnificentiam ostende in nulla *re* magnorum sumptuum, statim evanescentium, sed inque prædictis & pulchritudine possessionum, & amicorum beneficiis. Tales enim sumptuum, *pro sumptus* ipsique tibi permanebunt, & posteris pluris æstimanda insumptis relinques. Ostenta magnificentiam nullâ re magni sumptûs, statimque peritura : sed tum iis rebus, quas diximus, tum instrumenti atque supellectilis ornatu, tum beneficientiâ in amicos. Nam quæ hoc modo in-

insumpseris, ea & tibi ipsi firma stabiliaque permanent, & posteris tuis plures commoditates afferent, quàm pecuniæ profusiones.

Phrases.

1. Τὸ εὐθὺς ἀφανιζόμενον. Res statim peritura. 2. Τὸ κάλλος τῶν κτημάτων. Pulchritudo possessionum, Instrumenti atque supellectilis ornatus. 3. Τὰ τοιαῦτα τῶν ἀναλωμάτων. Tales impensæ. Ea, quæ hoc modo insumpta sunt. 4. Τὰ τῶν ἀναλωμάτων πλέονος ἄξια. Sumptus pluris faciendi. Impensæ majoris æstimandæ.

Τὰ περὶ τοὺς Θεοὺς ποίει μὲν, ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν. ἡγοῦ δὲ τοῦτον εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν. Τίμα τῶν μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δὲ ἀληθεστάταις τοὺς εὐνουστάτους. Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τοῦ σώματος εἶναι τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν. Διὰ γὰρ τούτων, καὶ κτᾶσθαι, καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο. Quæ ad Deos *spectant*, fac, *præsta* quidem ut majores ostenderunt. Existima verò hoc esse sacrificium pulcherrimum, & cultum maximum, si quàm optimum & justissimum teipsum præbeas, magis enim spes *est* tales, quàm victimas multas dejicientes, *prosternentes* facturos, *lucraturos* quid apud Deos bonum. Honora quidem principiis honorum proximos, verissimis autem benevolentissimos. Custodiam tutissimam existima corporis esse amicorum virtutem, & civium benevolentiam, & tuam ipsius prudentiam, per hæc enim & possidere & conservare regna maximè quis possit.

possit. Aliter: Religionem eam serva, quam à majoribus accepisti. Id verò pulcherrimum sacrificium & cultum esse maximum ducito, si ipse sis quàm optimus ac justissimus. Major enim spes est tales quidpiam boni à Diis immortalibus impetraturos, quàm eos, qui multas victimas prosternunt. Primos honores conjunctissimis, verissimos benevolentissimis deferto. Tutissimam corporis custodiam esse puta, tum in virtute amicorum, tum in benevolentia civium, tum in tua prudentia collocatam. Hæc enim sunt, per quæ imperium facillimè & paretur, & conservetur.

Phrases:

1. Ποιεῖν τὰ περὶ τοὺς Θεούς. Præstare ea, quæ ad cultum Deorum spectant. Colere Deos. 2. Παρέχειν ἑαυτὸν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον. Præbere se quàm optimum ac justissimum. 3. Καταβάλλειν ἱερεῖα πολλά. Multas prosternere victimas. Id est, multas mactare pecudes pro sacrificio Diis faciendo. 4. Πράξειν τι παρὰ τῶν Θεῶν ἀγαθόν. Impetrare aliquid boni à Diis. 5. Τιμᾷν τινα ταῖς ἀρχαῖς τῶν τιμῶν. Primos alicui honores deferre. 6. Ἡγεῖσθαί τι φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τοῦ σώματος εἶναι. Existimare aliquid tutissimam corporis custodiam esse. 7. Κτᾶσθαι καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας. Parare & conservare regna.

Κήδου τῶν οἴκων τῶν ἰδιωτῶν, καὶ νόμιζε τοὺς δαπανομένους ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. ἅπαντα γὰρ τὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, οἰκεῖα τῶν καλῶς βασιλευόντων ἐστί. Διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἀλήθειαν οὕτω φαίνου προτιμῶν, ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους, ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους. Cura domos privatorum, & existima

sumptus

sumptus facientes de tuis consumere, & laborantes tua ampliora facere. Omnia enim, quæ habitantium civitatem *sunt*, domestica bene regnantium sunt. Per omne tempus veritatem sic videaris magnifacere, *curare*, ut fide digniores sint tui sermones, quàm aliorum juramenta. Aliter: Rem familiarem privatorum curato: & prodigos de tuo facere sumptum, & ad rem attentos tuas opes augere existimato. Bona enim omnia in urbe habitantium, ad familiam pertinent regum bene imperantium. Per omnem ætatem, tantam veritatis præ te ferto reverentiam, ut plus habeatur fidei tuæ affirmationi, quàm aliorum dejerationi.

Phrases.

1. Κήδεσθαι τῶν οἴκων τῶν ἰδιωτῶν. Curare rem familiarem, patrimonia privatorum. 2. Οἰκεῖν τὴν πόλιν. Habitare in urbe. 3. Φαίνεσθαι προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Studium & reverentiam veritatis præ se ferre.

Ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν παρέχε, καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον· περὶ πλείστου δὲ ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς εἰσάγοντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας. Τιμῶν γὰρ τοὺς τοιούτους, μᾶλλον παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσεις. Τοὺς φόβους ἐξαιροῦ τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου δεινὸς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν· ὅπως γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. Ποίει μηδὲν μετ᾽ ὀργῆς· δόκει δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν σοι καιρὸς ᾖ. Δεινὸς μὲν φαίνου τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γιγνομένων, πρᾶος δὲ τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. Omnibus quidem hospitibus tutam civitatem præbe, & ad contractus legitimam. Plurimi verò facias advenientium non tibi dona introducentes, sed abs te capere poscentes. Honorans enim tales, magis

magis apud alios honoraberis. Timores tolle civium; & non velis formidabilis esse nihil peccantibus: quomodò enim alios adversùs te disposueris, *animatos reddideris*, sic & tu erga ilios *te* habebis. Fac quidem nihil cum ira, videaris autem aliis, cùm tibi tempus fuerit. Formidandus quidem appare eò, quòd te nihil lateat eorum, quæ fiunt: mitis, clemens pœnas minores faciendo, *minuendo* peccatorum. Aliter: Cùm omnibus hospitibus urbem exhibe tutam, & in contractibus æquam: tum inter advenas eos maximi facito, non qui dona tibi advehunt, sed qui à te expetunt. Nam si his honorem habueris, apud cæteros majore gloriâ eris. Exime civibus formidinem: neque terribilis iis esse velis, qui nihil delinquunt. Nam quo tu eos in te esse animo consuefeceris, eodem & ipse in illos eris. Nihil per iracundiam agito: sed iram cùm tempus postulabit, simulato. Acrimoniam tuam proba indagatione, quæ geruntur, omnium: clementiam mitigatione suppliciorum.

Phrases

1. Παρέχειν τὴν πόλιν ξένοις ἀσφαλῆ. Exhibere urbem hospitibus tutam. Facere, ut hospitibus in urbe tutò versari liceat. 2. Ἡ πόλις περὶ τὰ συμβόλαια νόμιμος. Civitas in contractibus æqua. 3. Περὶ πλείστου ποιεῖν τῶν ἀφικνουμένων τοὺς τὰς δωρεὰς εἰσάγοντας. Maximi facere advenas, qui dona advehunt, afferunt. 4. Λαμβάνειν παρά τινος τὰς δωρεάς. Accipere ab aliquo dona. 5. Ἐξαιρεῖν τοὺς φόβους. Eximere metum. 6 Οὕτω διατεθεῖναι τοὺς ἄλλους πρὸς ἑαυτόν. Consuefacere alios hoc animo in seipsum esse. 7. Ποιεῖν τι μετ' ὀργῆς. Facere aliquid per iracundiam. 8. Ποιεῖσθαι ἐλάττους τὰς τιμωρίας. Mitigare supplicia, &c.

Ἀρχικὸς εἶναι βούλου μὴ χαλεπότητι, μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν· ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας. καὶ νομίζειν

νομίζειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινον σε βουλεύεσθαι. Πολεμικὸς μὲν ἴσθι ταῖς ἐπιστήμαις, καὶ ταῖς παρασκευαῖς· εἰρηνικὸς δὲ, τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτεῖν. Οὕτως ὁμίλει τῶν πόλεων πρὸς τὰς ἥττους, ὥσπερ ἂν τὰς κρείττους πρὸς σαυτὸν ἀξιώσειας. Φιλονείκει μὴ περὶ ἁπάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσαντί σοι μέλλῃ συνοίσειν. Φαύλους ἡγοῦ μὴ τοὺς συμφερόντως ἡττωμένους, ἀλλὰ τοὺς μετὰ βλάβης περιγινομένους. Μεγαλόφρονας εἶναι νόμιζε, μὴ τοὺς μείζω περιβαλλομένους, ὧν οἷοί τέ εἰσι κατασχεῖν, ἀλλὰ τοὺς μετρίως μὲν ἐφιεμένους, ἐξεργάζεσθαι δὲ δυναμένους, οἷς ἂν ἐπιχειρῶσι. Ζήλου μὴ τοὺς μεγίστην ἀρχὴν κτησαμένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα τῇ παρούσῃ χρησαμένους· καὶ νόμιζε τελέως εὐδαιμονήσειν, οὐκ ἐὰν ἁπάντων ἀνθρώπων μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἄρχῃς, ἀλλ' ἐὰν τοιοῦτος ὢν, οἷον χρὴ, καὶ πράττων ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι, μετρίων ἐπιθυμῇς, καὶ μηδενὸς τούτων ἀπορῇς.

Imperiosus esse velis non acerbitate, sed eo, *quod est* omnes vinci tuâ mente, & existimare pro sua salute meliùs te consulere *quàm se*. Bellicosus esto, scientiâ & apparatibus, pacificus verò nihil præter justum plus habendo. Sic te gere civitatum erga minores, ut potentiores erga te ipsum volueris. Contende non de omnibus, sed de quibus victori tibi sit profuturum. Improbos puta non utiliter victos, sed cum damno vincentes. Magnanimos esse puta non majora suscipientes, iis quæ possunt sustinere, sed mediocria quidem aggredientes, efficere verò valentes, quæ suscipiant. Æmulare non eos, qui maximum imperium possederunt, sed præsenti optimè usi sunt. Et existima planè te beatum fore, non si omnibus hominibus cum terroribus & periculis imperes, sed si talis existens, qualem decet, & agens ut in præsenti, mediocria expetas, & nullius horum egeas. Aliter: Auctoritatem imperii tuere, non asperitate, nec sævitiâ pœnarum, sed excellenti sapientiâ: ut te suæ saluti omnes meliùs quàm semetipsos consulere arbitrentur.

trentur. Bellicosus esto scientiâ rei militaris & apparatûs, pacificus nihil præter jus & æquum vendicando. Erga Civitates imbecilliores talem te præbeas, quales in te potentiores esse velles. Noli de rebus quibusvis contendere, sed de iis duntaxat, quarum victoria tibi profutura est. Contemnendos existima non eos, qui utiliter succumbunt, sed qui cum damno suo vincunt. Magnanimos puta non eos, qui majora suscipiunt, quàm sustinere possunt, sed qui & mediocria desiderant, & quæ aggrediuntur, perficere possunt. Æmulare non eos, qui latissimè imperium propagârunt, sed qui id, quod habent, rectissimè administrârunt: teque ab omni parte fœlicem existima fore, non si in omnes homines cum metu & periculo imperium agites, sed si talem te præbens, qualem decet, & ita agens, ut res præsentes postulânt, mediocria desideres, & horum nullo careas.

Phrases.

1. Ἀρχικὸν εἶναι. Imperare, &c. 2. Ἡττᾶσθαι τῆς τινος διανοίας. Superari alicujus sapientiâ. 3. Οὕτως ὁμιλεῖν πρὸς τὰς ἥττους τῶν πόλεων. Ita se gerere, talem se præbere erga imbecilliores civitates. 4. Φιλονεικεῖν περὶ ἁπάντων. Contendere de omnibus rebus. 5. Ἡττᾶσθαι συμφερόντως. Utiliter succumbere. 6. Περιγίνεσθαι μετὰ βλάβης. Vincere cum damno. 7. Περιβάλλεσθαί τι. Suscipere aliquid. 8. Ἐφίεσθαι τῶν μετρίων. Mediocria desiderare. 9. Μεγίστην κτᾶσθαι ἀρχήν. Latissimè imperium propagare. 10. Τῇ ἀρχῇ τῇ παρούσῃ ἄριστα χρῆσθαι. Imperium partum rectissimè administrare. 11. Τελέως εὐδαιμονεῖν. Beatum esse ab omni parte. 12. Μηδενὸς τούτων ἀπορεῖν. Nullo horum carere.

Φίλους κτῶ, μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας· μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα

συνδια-

συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις. Ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς ὅτι πάντες οἱ μή σοι πλησιάζοντες, ὅμοιόν σε τοῖς χρωμένοις νομιοῦσι. Τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι, τοῖς μὴ διὰ σοῦ γινομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων, ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. Πίστους ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν ὅ,τι ἂν λέγῃς ἢ ποιῇς, ἐπαινοῦντας· ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν· ἵνα περὶ ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας. Διόριζε καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας: ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν. Ἄκουε τοὺς λόγους, τοὺς περὶ ἀλλήλων, καὶ πειρῶ γνωρίζειν ἅμα τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι, καὶ τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ὧν ἂν λέγωσι. Ταῖς αὐταῖς κόλαζε ζημίαις τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας, αἷσπερ ἂν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας. Amicos para non omnes volentes, sed tuâ naturâ dignos existentes: neque cum quibus jucundissimè unà deges, sed cum quibus optimè civitatem administrabis. Accuratas facito probationes, *explorationes* familiarium, sciens quòd omnes non tibi appropinquantes, similem te utentibus *te* putabunt. Tales præfice rebus *iis*, quæ non per te fiunt, quasi ipse culpas habiturus *eorum*, quæ illi fecerint. Fidos existima non omne, quod dicas vel facias, laudantes, sed peccatis succensentes. Da libertatem loquendi bene sapientibus, ut de quibus dubites, habeas *eos*, qui unà *tecum* despiciant. Discerne & arte adulantes, & cum benevolentia colentes, ut non plus improbi bonis habeant. Audi sermones *ipsorum* de se invicem, & conare simul cognoscere dicentes, quales & qui sunt, & de quibus dicant. Iisdem punias pœnis falsò calumniantes, quibus peccantes. Aliter: In amicitiam recipe non quoslibet, sed tuâ naturâ dignos; neque cum quibus jucundissimè tempus conteras, sed quorum operâ urbem optimè gubernes.

 bernes.

bernes. Diligenter inquirito in tuos familiares; teque ſcito talem ab iis omnibus, qui conſuetudine tuâ non utuntur, judicatum iri, quales illi fuerint, cum quibus vixeris. Sic alios iis præfice rebus, quas ipſe non geris, ut tibi adſcribendum ſcias, quicquid illi fecerint. Fideles exiſtima non eos, qui omnia & dicta tua & facta laudârint; ſed qui etiam errata & delicta reprehenderint. Poteſtatem da prudentibus liberè dicendi ſententiam; ut ſi quibus de rebus dubitâris, præſtò ſint, qui unà tecum expendant. Diſcerne eos, qui arte aſſentantur, ab illis, qui ex benevolentiâ te colunt: ne improbi meliore conditione ſint, quàm boni viri. Audi quid alii de aliis dicant: operamque dato, ut quales & quinam ſint, non minus ii, qui dicunt, quàm ii, de quibus dicunt, cognoſcas. Iisdem ſuppliciis affice calumniatores, quibus delinquentes.

Phraſes.

1. Κτᾶσθαι τοὺς φίλους. Parare amicos, &c. 2. Ἥδιστα συνδιατρίβειν. Jucundiſſimè unà tempus terere. 3. Ἀκριβεῖς ποιεῖν τὰς δοκιμασίας. Diligenter inquirere. 4. Ἐφιστάναι τινὰ τοῖς πράγμασι. Præficere aliquem rebus. 5. Ἐπαινεῖν πᾶν, ὅ,τι ἂν τις λέγῃ ἢ ποιῇ. Laudare alicujus omnia & dicta & facta. 6. Ἀμφιγνοεῖν περί τινος. Dubitare de aliqua re. 7. Κολακεύειν τέχνῃ. Aſſentari arte. 8. Θεραπεύειν μετ' εὐνοίας. Colere ex benevolentia. 9. Πλέον ἔχειν. Meliori conditione eſſe. 10. Κολάζειν ζημίαις τοὺς ἐξαμαρτάνοντας. Afficere ſupplicio delinquente. 11. Ψευδῶς διαβάλλειν. Calumniari.

Ἄρχε σεαυτοῦ μηδὲν ἧττον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων· καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν.

πολιτῶν. Μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῆ προσδέχου, μηδ' ἀλογίστως· ἀλλ' ἐπ' ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σεαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τε ἐπιδώσεις, καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις. Μὴ φαίνου φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἃ καὶ τοῖς κακοῖς διαπράξασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπ' ἀρετῇ μέγα φρονῶν, ἧς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι. Νόμιζε τὰς τιμὰς ἀληθεστάτας εἶναι, μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ δέους γινομένας· ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ὄντες μᾶλλον σου τὴν γνώμην, ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσιν. Impera tibi ipsi nihil minùs, quàm & aliis, & hoc existima maximè regium, si nulli servias voluptatum, sed domineris cupiditatibus magis quàm civibus. Nullam consuetudinem temerè proba, neque absque ratione, sed in illis occupationibus assuefacias te ipsum gaudere, ex quibus ipseque proficies, & aliis melior esse videberis. Ne appare ambitiosus in talibus, quæ & malis facere possibile est, sed in virtute magnum, *altum* sapiens, cujus nulla pars improbis contingit. Existima honorum verissimos esse non in aperto cum timore factos, sed cùm ipsi apud se existentes magis tuam mentem, quàm fortunam mirentur. Aliter: Haud minùs tibi ipsi, quàm cæteris impera. Idque maximè regium putato, si nullis libidinibus servias: sed cupiditates magis in potestate habeas, quàm cives tuos. Nullam familiaritatem temerè ac sine ratione contrahe, sed iis gaudere congressibus assuesce, qui te & sapientiâ augeant, & virtutis apud alios opinione. De iis rebus tibi placere noli, quæ à malis etiam perfici possunt: sed virtutem laudi tibi ducito, cujus pars nulla sceleratis contingere potest. Verissimos honores eos esse puta, non qui palàm ex metu tibi habentur: sed si ipsi apud sese prudentiam tuam, plusquàm fortunam admirentur.

Phrases.

1. Ἄρχειν ἑαυτοῦ. Imperare ſibi ipſi. 2. Δουλεύειν μηδεμιᾷ τῶν ἡδονῶν. Nulli ſervire libidini. 3. Κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν. In poteſtate habere cupiditates. 4. Προσδέχεσθαι συνουσίαν ἀλογίστως. Sine ratione familiaritatem contrahere. 5. Χαίρειν ταῖς διατριβαῖς. Gaudere congreſſibus. 6. Φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. Placere ſibi de talibus rebus, &c. 7. Μέγα φρονεῖν ἐπ' ἀρετῇ. Placere ſibi de virtute. Fretum eſſe virtute. Virtutem ſibi laudi ducere.

Λάνθανε μὲν ἐὰν ἐπί τινι σοι συμβῇ τῶν φαύλων χαίρειν· ἐνδείκνυσο δὲ περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων. Μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως· ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γινώσκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. Σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους, καὶ σωφρονεστέρους γινομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν. Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν, ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δ' ἀθάνατος, καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητὴ, καὶ τὰ μὲν, καὶ τοῖς φαύλοις παραγίνεται· τὴν δὲ οὐχ οἷόν τε, ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι. Late, *clam facito* quidem ſi in aliquo tibi contingat vilium gaudere: oſtentare, *videare* autem circa maxima ſtudens. Ne quidem alios decere puta modeſtè vivere, reges autem inordinatè: ſed tuam ipſius temperantiam exemplum aliis conſtitue, ſciens, quòd civitatis totius mores aſſimilantur imperantibus. Signum eſto tibi bene regnandi, ſi ſubditos ditiores & temperantiores factos per tuam curam. Pluris fac gloriam honeſtam, quàm divitias magnas liberis relinquere. Illæ enim mortales, hæc verò immortalis, Et gloriâ quidem pecuniæ parabiles,

biles, gloria verò pecuniis non emi potest. Et illæ quidem etiam improbis adsunt: hanc verò non possunt nisi præstantes paravisse, pro parare. Aliter: Si fortè ita acciderit, ut re aliquâ leviore gaudeas, dissimula: rerum maximarum studium ostenta. Noli putare aliis vivendum esse moderatè, Regibus perturbatè: sed tua temperantia, fac, aliis exemplo sit: nec ignores totius civitatis mores ad exemplum Magistratuum conformari. Hoc tibi argumento sit te regno bene præesse, si populum & locupletiorem & modestiorem sub tuo imperio videas esse factum. Præstare puta liberis tuis honestam famam, quàm magnas opes relinquere. Nam hæ mortales sunt, illa immortalis. Famâ pecuniæ quæri possunt, emi pecuniis fama non potest. Opes etiam improbis contingunt: gloriam verò parare non possunt, nisi virtute præstantissimi.

Phrases.

1. Χαίρειν ἐπὶ τῷ τῶν φαύλων. Gaudere aliquâ re leviore. 2. Σπουδάζειν περὶ τὰ μέγιστα. Studiosum esse rerum maximarum. 3. Τὴν σωφροσύνην παράδειγμα καθιστάναι. Temperantiam pro exemplo proponere. Temperantia, ut exemplo sit, facere. 4. Ὁμοιοῦσθαι τοῖς ἄρχουσι. Conformari ad exemplum Magistratuum. 5. Τῇ δόξῃ τὰ χρήματα κτᾶσθαι. Quærere pecunias famâ, &c.

Τρύφα μὲν ταῖς ἐσθῆσι, καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις· καρτέρει δ' ὡς χρὴ τοὺς βασιλέας ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν· ἵνα οἱ μὲν ὁρῶντες διὰ τὴν ὄψιν ἄξιόν σε τῆς ἀρχῆς εἶναι νομίζωσιν· οἱ δὲ συνόντες διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ῥώμην τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην ἔχωσιν. Ἐπισκόπει τοὺς λόγους ἀεὶ τοὺς σαυτοῦ, καὶ τὰς πράξεις· ἵνα ὡς ἐλαχίστοις τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς. Splendidus quidem vestibus, & circa corpus ornamentis,

ornamentis, tolera verò, ut decet Reges, in aliis studiis: ut videntes propter aspectum dignum te imperio esse judicent: familiares verò propter animi robur eandem cum illis sententiam *de te* habeant. Inspice sermones semper tuos & actiones, ut quàm minimis peccatis, pro in minima peccata incidas. Aliter: In vestitu & corporis ornatu splendidus, in aliis actionibus laborum tolerans esto, ut Reges decet: ut & qui vident, ob aspectum te regno dignum judicent, & familiares tui ob animi robur iisdem assentiantur. Considera semper & dicta & facta tua, ut in delicta quàm paucissima incidas.

Phrases.

1. Τρυφᾶν τῇ ἐσθῆτι. Splendido esse vestitu.
2. Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν Idem sentire. Assentiri.
3. Περιπίπτειν τοῖς ἁμαρτήμασι. Incidere in delicta.

Κράτιστον μὲν γὰρ τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν· ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμάθητοί πως ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱροῦ, καὶ μὴ πλεονάζειν. αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν. Ἀστεῖος εἶναι πειρῶ, καὶ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. Χαλεπώτατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ προσταγμάτων. εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοὺς μὲν σεμνυνομένους, ψυχροὺς ὄντας· τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι, ταπεινοὺς φαινομένους. δεῖ δὲ χρῆσθαι μὲν ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις, τὴν δὲ συμφορὰν τὴν ἑκατέραις προσοῦσαν διαφεύγειν. Ὅ,τι ἂν ἀκριβῶς εἰδέναι βούλῃ, ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ. Τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν, τὰς ὁδούς σοι δείξει. τὸ δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι, δύνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει. Θεώρει τὰ γινόμενα, καὶ τὰ συμπίπτοντα, καὶ τοῖς ἰδιώταις, καὶ τοῖς τυράννοις, ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ.

Pra-

Præstantissimum quidem *est*, punctum temporum tenere: quoniam verò difficulter cognita *se* habent, deficere malis, & non plus *justo* facere. Nam mediocritates magis in defectibus quam exuperationibus valent. Urbanus esse conare & gravis, hoc enim regno convenit, illud autem ad consuetudines aptum est. Difficillimum verò hoc omnium est rerum. Invenies enim ut ad multum, *plerumque* gravitatem affectantes, frigidos existentes; volentes verò urbanos *se* esse, humiles apparentes. Oportet enim uti utrisque formis hisce, & incommodum, quod utrisque inest, effugere. Quod accuratè scire vis *eorum*, quæ scire convenit Reges, experientiâ persequere, & meditatione. Nam meditari vias tibi ostendet: at in ipsis operibus exerceri, posse te uti rebus faciet. Contemplare quæ fiunt, & quæ eveniunt & privatis & Regibus. Si enim præterita memineris, meliùs & de futuris deliberabis. Aliter: Optimum certè quidem est, servare modum: sed quoniam is non facilè cognoscitur, malis citrà resistere, quàm ultra progredi. Mediocritatis enim vis magis in eo, quod parùm, quàm in eo, quod nimium est, cernitur. Urbanus esse stude & gravis: quorum hoc principatum decet, illud congressibus est aptum. Sed hoc est rerum omnium difficillimum. Nam eos qui gravitatem affectant, plerumque frigere: qui verò urbani esse student, eos humiles & abjectos videri comperies. Est enim utrâque hâc ratione utendum, & finitimum utriq; incommodum effugiendum. Quicquid earum rerum, quæ Regum cognitione dignæ sunt, certò nôsse voles, ad id experientiam & doctrinam adhibeto. Nam ut doctrina viam tibi ostendet, sic rerum gerendarum exercitatione id consequêris, ut res dextrè administres. Cogita, quæ res & gerantur, & ferantur, tum à privatis hominibus, tum à principibus. Nam si præteritorum recordaberis, de futuris etiam rectiùs deliberabis.

Hinc,

Hinc, 1. Τυγχάνειν τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν, pro τῆς εὐκαιρίας. Attingere ipsum temporis punctum. Item: Servare modum. 2. Μετιέναι τι ἐμπειρίᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ. Persequi aliquid experientiâ & doctrinâ. Pro, Experientiam & doctrinam ad aliquid conferre. 3. Τὸ φιλοσοφεῖν καὶ τὸ γυμνάζεσθαι. Doctrina & Exercitatio.

Δεινὸν ἡγοῦ, τῶν μὲν ἰδιωτῶν ἐθέλειν τινὰς ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι· τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾶν χρῆσθαι ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσιν. Βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον, ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν. μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν σαυτῷ, καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν. ἢν δ' ἀναγκασθῇς κινδυνεύειν, αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας, καὶ φρόντιζε, ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσεις. Μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθεῖσαν· ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν. Μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, ἵνα συνεθισθῇς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. ἃ δ' ἄν σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει· ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβουλεύσειας, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου. χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων. Absurdum puta, privatorum velle aliquos emori, ut mortui laudentur. Reges verò non audere uti studiis hisce, ex quibus viventes in laude erunt. Velis imagines virtutis monimentum magis quàm corporis reliquisse. Maximè quidem conare securitatem tibi ipsi & civitati conservare: si verò coactus fueris periclitari, elige honestè mortuum esse magis, quàm vivere turpiter. In omnibus operibus memento regni, & cura, ut nihil indignum honore hoc facies, *pro facias*. Ne permittas tuam ipsius naturam simul totam dissolutam *esse*. Sed quando mortale corpus

nactus

nactus es, immortalem verò animum, conare animi immortalem memoriam reliquisse. Meditare de honestis studiis dicere, ut assuefactus sis similia dictis sapere. Quæ verò tibi cogitanti videantur optima, hæc factis perfice. Quorum gloriam æmularis, imitare actiones. Quæ liberis tuis consulueris, his ipse inhærere dignum putaveris. Utere dictis, vel quære meliora his. Aliter: Minimè decere puta, cum privati quidam homines, mortem oppetendam esse censeant, ut post obitum laudentur, Reges eas actiones fugere, quæ viventibus gloriam pariant. Imagines, quæ virtutis tuæ potiùs, quàm corporis monimenta sint, fac relinquas. Operam cum primis dabis, ut & te, & urbem in tuto colloces. Sed si periculum adeundum fuerit, honestè mori, quàm turpiter vivere præoptabis. In omnibus tuis factis Regni memento, sollicitéve cave, nè quid honore isto indignum designes. Ne committas, ut natura tua simul universa intereat. Sed cùm tibi corpus mortale contigerit, animus immortalis: fac immortalem animi tui memoriam relinquas. Meditare de præclaris actionibus loqui: ut iis consentanea, quæ dicere soles, etiam sentire assuescas. Quæ tibi cogitanti optima videbuntur, ea re ipsâ perficito. Quorum gloriam miraris, eorum res gestas imitare. Quæ tuis liberis præciperes, ea ipse facere ne graveris. Aut utere præceptis nostris, aut ipse inveni meliora.

Hinc, 1. Μὴ τολμᾷν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσιν. Fugere actiones, quæ gloriam viventibus pariant. 2. Τὴν ἀσφάλειαν τῇ πόλει διαφυλάττειν. Urbem in tuto collocare. 3. Τυγχάνειν τοῦ θνητοῦ σώματος. Mortale nancisci corpus. Mortali, corruptibili esse corpore.

Σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας, ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας, μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένους, αὐτοὺς δ' ἐν

πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μέτρια μὲν περὶ αὐτῶν λέγοντας, ὁμιλοῦντας δὲ καὶ τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως, καὶ τὰς συμφορὰς, καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους. Καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἃ καὶ σὺ γινώσκεις. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ἀλλ᾽ ἠπιστάμην, ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τῶν ἀρχόντων, οἱ μὲν τι τούτων εἰρήκασιν, οἱ δ᾽ ἀκηκόασιν, οἱ δ᾽ ἑτέρους ποιοῦντας ἑωράκασιν, ἔνια δ᾽ αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἐπιτηδεύοντες. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ζητεῖν τὰς καινότητας, ἐν οἷς οὔτε παράδοξον, οὔτε ἄπιστον, οὔτε ἔξω τῶν νομιζομένων οὐδὲν ἐστιν εὑρεῖν. ἀλλ᾽ ἡγεῖσθαι τοῦτον εἶναι χαριέστατον, ὃς ἂν τῶν διεσπαρμένων ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διανοίαις ἀθροῖσαι τὰ πλεῖστα δυνηθῇ, καὶ φράσαι κάλλιστα περὶ αὐτῶν. Sapientes existima non serio de parvis contendentes, sed bene de maximis dicentes: neque quidem aliis fœlicitatem pollicentes, ipsos verò in multis inopiis, *difficultatibus* existentes : sed modica quidem de se dicentes : versari autem & *in* rebus, & *cum* hominibus valentes : & non perturbatos in vitæ mutationibus, sed bene & moderatè & calamitates & res secundas ferre scientes. Et ne mirare, si multa dictorum sunt, quæ & tu cognoscis. Non enim me hoc latuit, sed sciebam, quòd tantis existentibus *quoad* multitudinem & privatis & principibus, alii quidem aliquid horum dixerunt, alii verò audierunt, alii verò alios facientes viderunt, quædam verò ipsi sunt studentes, *factitantes*. At enim non in orationibus oportet, quæ de institutis *scripta sunt*, quærere novitates, in quibus neque præter opinionem, neque incredibile, neque eorum, quæ extrinsecus existimantur, quicquam est invenire, sed arbitrari eum esse gratissimum, qui dispersorum in aliorum mentibus colligere plurima potuerit, & dicere pulcherrimè de ipsis. Aliter : Sapientiā

plentiâ prædicos puta esse non eos, qui de rebus minutis curiosè rixantur, sed qui de maximis rebus egregiè dicunt: nec eos, qui aliis fœlicitatem pollicentur, cùm ipsi multarum rerum inopiâ laborent: sed eos, qui cùm de sese modicè dicant, tamen & negotia dextrè obire, & inter homines versari commodè possunt: nec in vitæ mutationibus perturbantur, sed pulchrè moderatéque ferre tam secundas res, quam adversas didicerunt. Neque verò mireris nos multa dixisse, quæ & ipse intelligas. Neque enim hoc me præteriit, sed satis scivi, cùm tanta multitudo sit & hominum privatorum, & principum, alios horum aliquid dixisse, alios audivisse, alios horum à nonnullis facta vidisse, nonnulla etiam ipsos factitare. Verùm in his orationibus, quæ ad præceptiones de officiis pertinent, non requirenda est novitas: in quibus nec admirabile, nec incredibile, nec inusitatum quicquam comperitur. Is verò doctissimus habendus erit, qui eorum, quæ in animis aliorum dispersa jacent, quàm plurima colligere & elegantissimis verbis potuerit explicare.

Hinc, 1. Ὑπισχνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις εὐδαιμονίαν. Polliceri aliis fœlicitatem. 2. Ἐν πολλαῖς ἀπορίαις εἶναι. Multarum rerum inopiâ laborare. 3. Ὁμιλεῖν τοῖς πράγμασι. Versari in rebus. Negotia obire. 4. Μετρίως φέρειν τὰς συμφοράς. Moderatè ferre res adversas. 5. Ἐπιτηδεύειν vel ἐπιτηδεύοντα τυγχάνειν τι. Dare operam alicui rei. Facere vel factitare aliquid. 6. Τὰ τῶν ἔξω νομιζομένων. Ea quæ sunt inusitata. Res inusitatæ.

Ἐπεὶ κἀκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων, καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, οὐ μὴν ἥδιστά γε αὐτῶν ἀκούουσιν, ἀλλὰ ταὐτὸ πεπόνθασι, ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας· καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δ' οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξα-

μδρτάνουσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀποτρέπουσι. Σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος, καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. Καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Ταῦτα δὲ λέγοντες, αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. Ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστα ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖεν· ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης, ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσειεν. Deinde & illud mihi notum erat, quòd consulentia & poëmatum, & scriptorum utilissima quidem omnes judicant, non verò jucundissimè ipsa audiunt, sed id ipsum passi sunt, quòd erga admonentes. Et enim illos laudant quidem omnes, accedere autem non volunt, sed magis eligunt unà esse cum peccantibus, sed non *à vitiis* dehortantibus. Signum verò quis fecerit Hesiodi, Theognidis & Phocylidis poësin. Et enim hos aiunt quidem optimos consiliarios fuisse vitæ hominum. Hæc verò dicentes præoptant conterere tempus mutuis ineptiis magis, quàm illorum præceptis. Adhuc verò, si quis delegerit & excellentium Poëtarum appellatas sententias, in quibus illi maximè elaborârunt, similiter & erga has affecti fuerint. Libentiùs enim comœdiam nequissimam, quàm sic artificiosè facta poëmata audierint. Aliter: Illud quoque mihi satis notum fuit, cùm & poëmata, & alia scripta quæ suasione constant, omnes utilissima esse judicent: ea tamen non libentissimè audire: sed eodem erga illa esse animo, quo erga monitores: quos ut universi laudant, sic eorum congressus refugiunt, illorumque consuetudinem, qui socii delictorum sint, non eorum, qui à vitiis dehortentur, expetunt. Id quod & ex Hesiodi & Theognidis, & Phocylidis poësi cognoscitur. Nam hos fatentur optima vitæ mortalium reliquisse consilia. Sed quamvis hoc dicant, nugis tamen

men audiendis & recitandis tempus perdere,quàm in illorum præceptionibus versari malunt. Præterea si quis è Præstantibus Poëtis, eas, quas sententias vocant, in quibus illi potissimùm elaborârunt, excerperet: erga illas etiam eodem animo essent. Comœdiam enim vel nequissimam audire mallent, quàm Poëmata tam artificiosa.

Hinc, 1. Τὰ συμβουλεύοντα τῶν ποιημάτων. Carmina suasoria. Poëmata, quæ suasione constant. 2. Συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσι. Consuetudine uti eorum, qui socii sunt delictorum. 3. Συνδιατρίβειν ταῖς ἀνοίαις. Perdere tempus nugis, &c.

Καὶ τί δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν; ὅλως γὰρ εἰ θελήσαιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν οὔτε τῶν σιτίων χαίροντας τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὔτε τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καλλίστοις, οὔτε τῶν πραγμάτων τοῖς βελτίστοις, οὔτε τῶν μαθημάτων τοῖς ὠφελιμωτάτοις, ἀλλὰ παντάπασιν ἐναντίας τῷ συμφέροντι τὰς ἡδονὰς ἔχοντας, καὶ δοκοῦντας καρτερικοὺς εἶναι καὶ φιλοπόνους, τοὺς τῶν δεόντων τι μὴ ποιοῦντας. Ὥστε πῶς ἄν τις τοῖς τοιούτοις ἢ παραινῶν, ἢ διδάσκων, ἢ χρήσιμόν τι λέγων ἀρέσειεν; οἱ πρὸς τοῖς εἰρημένοις λόγοις, φθονοῦσι μὲν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἁπλοῦς δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας· οὕτω δὲ τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων φεύγουσιν, ὥστε οὐδὲ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἴσασιν, ἀλλὰ λυποῦνται μὲν περὶ τῶν ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσι δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι. Βούλοιντο δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι μᾶλλον, ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι, καὶ σκέψασθαι περί τινος τῶν ἀναγκαίων. Εὕροι δ' ἄν τις αὐτοὺς ἐν μὲν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνουσίαις λοιδοροῦντας, ἢ λοιδορουμένους, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις οὐ βουλευομένους, ἀλλ' εὐχομένους. Λέγω δὲ ταῦτα οὐ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχων τοῖς εἰρημένοις ὄντων. Ἐκεῖνο δ' οὖν φανερόν, ὅτι δεῖ τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν, ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς, μὴ τοὺς

ὠφελι-

ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους, ἀκούοντες μὲν γὰρ τῶν τοιούτων χαίρουσι, θεωροῦντες δὲ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας ἄχθονται. Et quid opus est per unum quodque dicentem immorari? Omnino enim si velimus considerare naturas hominum, inveniemus multos ipsorum, neque ciborum gaudentes saluberrimis, neque studiorum honestissimis, neque rerum optimis, neque doctrinarum utilissimis, sed omnimo contrarias utili voluptates habentes, & videri tolerantes esse, & industrios decentium quidquam non facientes. Itaque, quomodò quis talibus, seu adhortans, seu docens, seu utile quid dicens placuerit, qui præter dictos sermones, invident quidem bene sapientibus, simplices verò existimant mentem non habentes: sic autem veritatem rerum fugiunt, ut neque sua ipsorum sciant, sed mœrent quidem de propriis cogitantes: gaudent verò de alienis differentes: velint autem corpore malum passi esse magis, quàm animo laborare & commentari de aliquo necessariorum. Invenerit autem quis ipsos in mutuis quidem congressibus convicia facientes, vel conviciis affectos, in solitudine autem, *id est solos* non deliberantes sed optantes. Dico autem hæc non contra omnes, sed contra obnoxios dictis existentes. Illud verò igitur manifestum, quòd oportet volentes vel facere vel scribere quid gratum multis, non utilissimos quærere sermonum, sed fabulosissimos. Audientes enim tales gaudent, spectantes verò certamina & pugnas mœrent. Aliter: Et quid opus est singulis commemorandis immorari? Omnino enim, si naturas hominum consideremus, plerosque nec cibis saluberrimis gaudere, nec studiis pulcherrimis, nec actionibus optimis, nec doctrinis utilissimis reperiemus, & eas voluptates habere maximas, quæ rationi utilitatis maxime repugnant: ac tolerantes & industrios videri eos, qui officium negligunt. Quarè qui

qui talibus quisquam placeat, sive moneat, sive doceat, sive utile aliquid dicat ? qui præter ea, quæ diximus, prudentibus etiam invident, simplices autem & candidos putant amentes : & sic à veritate rerum abhorrent, ut ne sua quidem negotia nôrint. Nam de suis quidem rebus cogitantes mœrent : de alienis autem cùm disputant, gaudent : mallentque corporis ærumnam ferre, quàm animum exercere, & de re aliqua necessaria suscipere cogitationem. Ac in congressibus quidem eos inter sese convicia vel dicere, vel audire : in solitudine verò non deliberare, sed optare deprehendas. Atque hæc non in omnes dico : sed in eos tantùm, qui his quæ diximus, vitiis constricti sunt. Illud certè palam est, si qui sunt, qui velint aliquid multitudini gratum vel carmine vel solutâ oratione scribere, iis exquirenda esse non utilissima quæque, sed fabulosissima. Nam talibus quidem audiendis gaudent : sed cùm veras causas & certamina spectant, mœrore afficiuntur.

Hinc, 1. Οὐκ ἔχειν τὸν νοῦν. Amentem esse. 2. Φεύγειν τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων. Abhorrere à veritate rerum. 3. Κακοπαθῆσαι τῷ σώματι. Ærumnam corporis ferre. 4. Γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς. Scribere aliquid gratum multitudini.

Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν, ἄξιον θαυμάζειν. ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις κατεχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας, καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν· ὥστε μὴ μόνον ἀκουστοὺς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ θεατοὺς γεγενῆσθαι. τοιούτων οὖν παραδειγμάτων ὑπαρχόντων δέδεικται τοῖς ἐπιθυμοῦσι τοὺς ἀκροωμένους ψυχαγωγεῖν, ὅτι τοῦ μὲν νουθετεῖν καὶ συμβουλεύειν ἀφεκτέον, ἐκεῖνα δὲ γραπτέον καὶ λεκτέον, οἷς ὁρῶσι τοὺς ὄχλους χαίροντας. Quare

&

& Homeri Poësin, & qui primùm invenerunt Tragœdiam dignum mirari: quòd animadvertentes naturam hominum utrisque *rationibus*, formis hisce abusi sunt ad Poësin. Ille quidem enim certamina & bella semideorum fabulatus est: hi verò fabulas ad certamina & actiones constituerunt, ut non solùm eæ quæ audiri possint, nobis sed & spectabiles factæ sint. Talibus igitur exemplis existentibus monstratum est cupientibus audientes demulcere, quod ab admonendo & consulendo abstinendum, illa verò scribendum & dicendum, quibus vident plebem gaudentem. Aliter: Quamobrem Homeri Poësis, & ii, qui primi Tragœdiam invenerunt, admiratione afficiendi sunt: quòd animadversâ humani ingenii naturâ, utrisque his rationibus ad Poësin suam abusi sunt. Alter enim certamina & bella semideorum fabulosè persecutus est: Alteri fabulas in ludos & actiones redegerunt, ut à nobis non audiri tantùm, sed etiam spectari possint. Cùm igitur talia exempla in promptu sint, demonstratum est, si quis auditores allicere studeat & demulcere, ab admonitionibus & consiliis esse abstinendum: illa autem & scribenda & dicenda, quibus populum gaudere videt.

Hinc, 1. Μυθολογεῖν τοὺς ἀγῶνας τῶν ἡμιθέων. Fabulosè persequi certamina semideorum. 2. Καθιστάναι τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις. Redigere fabulas in ludos & actiones. 3. Ἀφεκτέον τοῦ νουθετεῖν. Abstinendum est ab admonitionibus. 4. Ἐκεῖνα γραπτέον. Illa sunt scribenda.

Ταῦτα δὲ διῆλθον, ἡγούμενός σε δεῖν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πολλῶν ὄντα τύραννον, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων, μηδὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων, ταῖς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν· ἀλλ' ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν. ἄλλως τε ἐπειδὴ περὶ τῶν γυμνασιῶν τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν

λοιδορίαν διατρίβοντες, καί φασιν οἱ μὲν, διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, οἱ δὲ, διὰ τῶν πολιτικῶν, οἱ δὲ, δι' ἄλλων τινῶν, φρονιμωτέρους ἔσεσθαι τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας. Ἐκεῖνο δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον ἐξ ἑκάστου τούτων γενέσθαι συμβουλεύειν δυνάμενον. Χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων, ὅτι τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα, λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον, καὶ μάλιστα μὲν ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας. Εἰ δὲ μὴ, τοὺς καθόλου περὶ τῶν πραγμάτων λέγοντας, καὶ τοὺς μηδὲν γινώσκοντας τῶν δεόντων ἀποδοκιμάζειν. Δῆλον γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος, οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας καὶ δυναμένους ὁρᾷν πλέον τι τῶν ἄλλων, περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε, γινώσκων ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον, καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων ἐστίν. Ἡγοῦ δὲ τούτους σοὶ μεγίστην ποιήσειν τὴν βασιλείαν, οἵτινες ἂν τὴν διάνοιαν τὴν σὴν πλεῖστα ὠφελῆσαι δυνηθῶσιν. Hæc autem percurri exiſtimans te oportere non unum è multis, ſed multorum exiſtentem Regem, non eandem ſententiam habere *cum* aliis, neque ſeria rerum, neque prudentes hominum voluptatibus diſcernere: ſed in actionibus utilibus eos explorare: præſertim cùm de exercitationibus animi contendunt, qui circa Philoſophiam occupati *ſunt*, & aiunt alii quidem per contentioſos ſermones, alii verò per civiles, hi verò per alios quoſdam, prudentiores fore ipſis utentes familiariter. Illud verò omnes fatentur, quòd oportet bene inſtitutum, ex unoquoque horum factum eſſe conſilium dare valentem. Oportet igitur dimittentem controverſa, ad confeſſum venientem capere ipſorum argumentum *probationem*, & maxime quidem in occaſionibus ſpectare conſulentes: ſi verò non, in univerſum *de* rebus dicentes & nihil cognoſcentes decentium, reprobare. Manifeſtum enim, quòd nihil exiſtens ſibi ipſi utilis, neque alium prudentem fecerit. At mentem habentes, & valentes

videre plus aliquid aliis, plurimi facito & cole, ſciens quòd conſiliarius bonus utiliſſimà & maximè regia omnium poſſeſſionum eſt. Exiſtima verò hos tibi maximum facturos regnum, qui mentem tuam plurimùm juviſſe potuerint. Aliter: Hæc expoſui propterea, quòd exiſtimavi oportere te, cùm non ſis unus de multis, ſed multorum Rex, non ita ſentire, ut cæteros: neque vel res graves, vel homines prudentes metiri, ac ponderare voluptatibus, ſed in actionibus utilibus periculum illorum facere, præſertim cùm ſapientiæ profeſſores de animi exercitationibus inter ſe diſſentiant. Nam alii diſputationibus dialecticis, alii præceptis eloquentiæ, alii per alia quædam ſuis auditoribus ſapientiam pollicentur. In eo verò conſentiunt omnes, bene inſtitutum hominem oportere ex his ſingulis ſibi prudentiam conſilii capiendi comparare. Sunt igitur ea, de quibus ambigitur, miſſa facienda: & amplectendum id, de quo nulla controverſia eſt, ut rectiùs de illis judicetur. Ac conſiliarii tum maximè, cùm res conſilium præſens poſtulat, ſpectandi ſunt: repudiatis iis, qui in univerſum de rebus dicunt, quive nihil eorum, quæ fieri debent, intelligunt. Conſtat enim eum, qui ſibi ipſe prorſus eſt inutilis, nunquam alios effecturum eſſe prudentiores. Cordatos autem viros, & qui longiùs quàm alii proſpicere poſſunt, magni facito & colito: ac perſuaſum habeto bonum conſiliarium, utiliſſimam & Rege digniſſimam poſſeſſionem eſſe. Illos etiam tuum regnum maximè amplificaturos credito, qui tuam mentem plurimùm potuerint excolere.

Hinc, 1. Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις. Idem ſentire cum aliis. 2. Ἀνακρίνειν τι ταῖς ἡδοναῖς. Metiri ac ponderare aliquid voluptatibus. 3. Ἀμφισβητεῖν περὶ τῶν γυμνασιῶν τῶν τῆς ψυχῆς. Diſſentire de animi exercitationibus. 4. Διατρίβειν περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Verſari in ſapientiæ ſtudio. Item,

Magiſtrum

Magiſtrum eſſe ſapientiæ. Profiteri ſapientiam. 5. Ἀφίσαϑαι τῶν ἀμφισϐητουμένων. Omittere ambigua. Miſſa facere ea, de quibus ambigitur. 6. Ἔρχεσϑαι ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον. Venire ad id, quod eſt in confeſſo. Amplecti id, de quo nulla eſt controverſia. 7. Λαμϐάνειν τὸν ἔλεγχον τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριϐόντων. Explorare Magiſtros ſapientiæ. Judicare de profeſſoribus ſapientiæ, &c. 8. Ἐπὶ τῶν καιρῶν. Occaſione oblata. Dum tempus poſtulat. Cùm res conſilium præſens poſtulat. In ſubitis arduiſque rebus. 9. Μεγίστην ποιεῖν τὴν βασιλείαν. Amplificare regnum, &c. 10. Πλεῖστα ὠφελεῖν τὴν διάνοιαν. Plurimùm juvare & excolere mentem.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἅ τε γινώσκω, παρῄνεσα, καὶ τιμῶ σε τούτοις οἷς τυγχάνω δυνάμενος. Βούλου δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, (ὅπερ εἶπον ἀρχόμενος) μὴ τὰς εἰθισμένας ἄγειν σοι δωρεάς, ἃς ὑμεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων ἢ τῶν πωλούντων, ἀλλὰ τοιαύτας, αἷς ἐὰν σφόδρα χρήσῃ, καὶ μηδεμίαν ἡμέραν διαλίπῃς, οὐ κατατρίψεις, ἀλλὰ μείζους, καὶ πλείονος ἀξίας οὔσας αὐτὰς ποιήσεις. Ego quidem igitur, quæque noſco, *intelligo*, admonui, & honoro te his, quibus ſum potens. Velis autem & alios, (quod dixeram incipiens) non conſueta agere tibi dona, quæ vos longè pluris emitis à dantibus quàm à vendentibus, ſed talia, quibus ſi valde, *multùm* uſus fueris, & nullam diem dereliqueris, non deteres, ſed majora & pluris digna exiſtentia ipſa facies. Aliter: Ego quidem pro mea intelligentia te admonui, & eum honorem, quem poſſum, tibi habeo. Velle autem debes, ut etiam alii, (quod initio dixi) non conſueta munera tibi offerant, quæ vos longè pluris emitis ab iis, qui ea donant, quàm qui vendunt: ſed ea, quibus tametſi multùm utaris, idque nullum diem facere intermittas nihil decedat, nihil deteratur, ſed quæ majora & pretioſiora ipſo uſu reddas.

Phraſes.

Phrases.

1. Τυγχάνω δυνάμενος. Atticè pro δύναμαι. Possum. 2. Ἄγειν τινὶ τὰς δωρεάς. Afferre alicui munera. 3. Σφόδρα χρῆσθαι ταῖς δωρεαῖς. Multum uti muneribus. 4. Μηδεμίαν διαλείπειν ἡμέραν. Nullum intermittere diem. 5. Πλεῖον ἀξίας τι ποιεῖν. Pretiosius aliquid reddere, &c. *N. B.* Πλεῖον ἀξίας ὥστε] τὸ ὥστε vel redundat, vel pro infinitivo εἶναι ponitur.

F I N I S.

ERRATA.

Pag. 2. Lin. 4. præterritis *lege* præteritis, pag. 5. l. 7. ἀπίστα λαλοῦσι *lege* ἀπίστα λαλοῦσι. pag. 6. l. 25. ἐγὼ δὲ φιλοσοφοῦντας *lege* ἐγὼ δὲ τοῦ φιλοσοφοῦντας. pag. 6. l. *penult.* συνναγωνιζόμενος *lege* συναγωνιζόμενος. p. 7. l 20. ἥσσον *lege* ἧσσον. ibid. l. 24. elegantur *lege* eleganter. p. 10 l. 10 ὀργιζόμενος *lege* ὀργιζόμενος. p. 15. l. 2. ἀθάνατος *lege* ἀθάνατος. p. 20 l. 27. τοῦτο δὲ τὸ, *lege* τοῦτο δὲ τὸ. p. 29. l. 25. γινώσκων, *omissum est.* p 32 l. 13. *ante* τῆς ψυχῆς κρατοῦντος *&c. ponendum est,* ὑφ' ὧν. p. 45. l. 17. ὑπουργοῦντες *lege* ὑπουργοῦντες. p. 46. l. 25. in est, *lege* id est. p. 53. l. 5 *lege* recordaris molestias, non molestiis. p. 63. l. 17. existimati *leg.* existimavi. p. 66. l. 8. ὀργιζόμενος *omissum est.* p. 71. l. 3. munus *lege* munus. p. 72. l. 1. condiant *lege* erudiant. p. 73. l. 2. libertas ille *lege* libertas illa. p. 75. l. 15. juxit *lege* juxta.

ui
ti
d.
r.
&
ro

5.
6.
7.
le-
ro
17.
ilt.
53.
ium
ege
75.